<36625273260012

<36625273260012

Bayer. Staatsbibliothek

Alle 3 theile const. 6 ƒ.
Cat. 573
C1

Cat. 573-1


Virgil. Lib. Æneid.
Requies ea certa

BIBLIOTHECA
SIVE
SVPELLEX LIBRORVM IMPRESSORVM,
IN OMNI GENERE SCIENTIARVM
MAXIMAM PARTEM RARISSIMORVM,
ET
CODICVM MANVSCRIPTORVM,
QVOS
PER PLVRIMOS ANNOS COLLEGIT,
IVSTO ORDINE DISPOSVIT, ATQVE
NOTIS LITTERARIIS,
VT HISTORICAE BIBLIOGNOSIAE OPES
ALIQVANTVLVM AVGEANTVR,
ILLVSTRAVIT

ADAMVS RVDOLPHVS SOLGER
MINISTERII ECCLESIASTICI NORIMBERGENSIS ANTISTES, IN AEDE PAROCHIALI PRIMARIA DIVI SEBALDI PASTOR, HISTORIAE ECCLESIASTICAE ATQVE LITTERARIAE PROFESSOR PVBLICVS, AC ILLVSTRIS REIPVBLICAE BIBLIOTHECARIVS.

CVM PRAEFATIONE, TAM IN PROSA,
QVAM IN LIGATA.
ACCEDIT INDEX AVCTORVM.

PARS I. Joh. Theoph. Hoeffel.

NORIMBERGAE SVMTIBVS OFFICINAE
IOANNIS ANDREAE ENDTERI
clↃ IↃ CC LX.

Wg 149/60

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Siſto Tibi, *Benevole Lector*, Catalogum eiusmodi Bibliothecæ, cui vix, præſertim quoad libros rarioris & præſtantioris metalli, privata aliqua in noſtris oris erit æquiparanda. Poſſeſſor, adhuc Dei Gratia ſuperſtes, eum in finem publici iuris fecit, ut non ſolum deſideriis Bibliophilorum tandem ſatisfaciat, ſed & ne concinnatio Catalogi, poſt fata ipſius, in manus ineptas incidat, quo ſæpius fit, ut libelli etiam habeant ſua fata, plerumque hæredibus maxime inimica & adverſa. Volumina in Folio typis impreſſa, in hac Prima Parte exhibentur, quibus ſub finem Codices omnes Manuſcripti membranacei æque ac chartacei cum Indice Auctorum anneƈtuntur. In Secunda Parte, libri in quarti, in Tertia vero in octavi & minoris ordinis forma cum Indi-

cibus, brevi temporis ſpatio in ſcenam prodibunt. Claſſes librorum multiplicare, & libello ſæpius unico peculiarem aſſignare locum, vetuit ille canon: quod entia præter neceſſitatem non ſint multiplicanda. Exinde etiam *B. L.* non hic invenies Scriptores hiſtoricos ſpecialiſſimis titulis ſecundum eorum regiones inſignitos, ſed collective ſub libris hiſtoricis comprehenſos, inter quos etiam Auctores quidam claſſici, ut & Diplomatici habebunt locum. Quod vero libros prohibitos, ſuſpectos &c. attinet, merito hic verbis utimur, quæ lectu dantur in præfatione tertiæ Partis Bibliothecæ B. Celeberrimi D. *Læſcheri*, huius tenoris: „Fuerunt enim atque ſunt, qui audien„tes, Theologum eruditione & pietatis fama „conſpicuum, huius quoque farinæ fœtus, „qui plerumque male audiunt, ſuæ librorum „ſupellectili inſeruiſſe, non ſubrideant modo, „ſed adeo verbis quoque cavillentur, neſcio, „quam præpoſtere iudicandi libertatem ſibi „ſumentes. Quorum itaque nimis præcipi„ti ac intempeſtivo iudicandi pruritui vel tri„bus obviam ire iubemur. Vt ab iis plane „diſcedamus, qui & huius furfuris fœtibus

„ſuas

„ ſuas tribuunt utilitates, generatim obſerva-
„ mus, viris eruditis, qui magnas ſibi colligunt
„ Bibliothecas, omnis generis libros, tum bo-
„ nos, pie ac ſanĉte conſcriptos utileſque,
„ tum malos, inutiles, atque adeo noxios, il-
„ los in rerum ſalutarium notitiam, adiumen-
„ tum ac commodum, hos in improbitatis con-
„ templationem, fugam ac reieĉtionem colli-
„ gendos eſſe. Quodſi in univerſum verita-
„ ti reſpondet, id inprimis Theologo compe-
„ tere ſtatuendum eſt, cui ſeculi vanitates,
„ genium ac artes, a Deo abducentes, in-
„ teritumque parantes noſſe, ac in numerato
„ quaſi habere, mirum in modum conducit.
„ Theologus venenatos ac peſtiferos Divini
„ nominis hoſtium fœtus ſibi exquirit, pa-
„ rat ac perluſtrat, non ut illorum veneno
„ inficiatur, ſed ut doloſas mentium profa-
„ narum technas cognoſcat, tela eorum ad-
„ verſus cœleſtes vibrata veritates, exami-
„ net, demumque repellat &c „ Librorum
conditionem, præſtantiam, raritatem atque
ligaturæ ſplendorem deprædicare, & præ-
fatiunculam in proſa ultra limites extendere,
videbatur ſupervacaneum, quippe quod par-
tim pererudite ſit præſtitum in ſubſequente

 Præ-

Præfatione ligata, partim in notis interie-ctis litterariis.

Si quædam ſphalmata hinc inde irrepſe-rint, vel libri quidam alieno loco poſiti videantur, *æquus Lector* facile dabit veniam, quia errare, ab homine non eſt alie-num. Vale.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA
SOLGERIANA
CARMEN
A
IOAN. SIGISM. LEINKERO.
Med. Doct.

Musa, libellorum pompam qui condidit istam,
Solgervs summe Vir reverendus erit.
Is gravis, excellens, is seruantissimus aequi,
Officiis dignas res ita semper agens,
E cathedra ad Sebaldum qui nunc pectora mulcet,
Publica cui claues bibliotheca sacrat,
Magnorum premit hinc vestigia quique virorum,
Pfizeri nuper iussus adire locum.
Arbiter in doctis interdum rebus acutus
Is cum sit, libros quo duce scire licet;
En posuit famae meriturae marmora sedem,
Per quam posteritas sera loquetur eum.

Gloria semper erit raros dignoscere libros,
Praesertim tantum si cumulatur opus.
Scilicet heic acies oculi praestringitur omnis,
Dum, quo quis spectat, fulget vbique decus.
Area docta patet, corium dat tergora libris,
Auro vel vario picta colore nitent.
Inter tot libros studium videt agmina quodvis,
Vox velut a quovis volue, reuolue sonat.
Advena, libertas tibi, spectature, recludit
Omnia, concesso protrahe iure locis.

Delectus (nequeunt expleri corda tuendo)
Quo plus noſcatur, plus repetendus erit.

Atria conſpexi quondam libraria Regum,
Non ibi ſpectandi copia tanta fuit,
Quid iuuat obtutus? dixi, a cuſtode negatur,
In manibus libros ſæpe, diuque teri.
At vero heic aditum Domini facundia pandit,
Spectator fructus, deliciasque capis.

Ipſa ſibi ſtrueret ſi quando Minerua ſacellum,
Solgeri certe Bibliotheca foret.
Stabit Alexandrina ſuis antiqua ſupellex
Laudibus: hæc alias, tempora confer, habet.
Quadret id in plures. Marcelli iuncta theatro
Annis Octavi par erit ergo ſuis. a)
Vlpia Traiani fauſto cognomine gaudens,
Quæ Tyburtinum docta vocabit agrum.
Illa Palatina excelſa quæ ſtabat in arce;
Illaque, qua pacem Veſpaſianus amat.
Vrbs Apamea dein, quam tuta per oſtia ponis b)
Marſya, & haud ſæcli maior honore fuit.

Charta tot innumeris libri diviſa pagellis
Commoda præſentis temporis inter, adeſt.

Olim

a) Conf. C. G. Schwarzii Oratio in Muſeo Norico. p. 19. obuia. Item Chr. Cellarius in diſſ. de Studiis Romanorum litterariis in vrbe & prouinciis. §. XVII. & anteced.
b) Vid. Io. Lomeieri de Bibliothecis liber ſingularis. p. 86.

Olim ſcripturas exceperat illa papyrus,

Quod tulit ex fruticis ſtamine Memphis opus. a)

Publica res plumbum ſculpſit, priuata tibique

Tenſio membranæ, ceraque mollis erant.

Palmarum folium, mutatum eſt corticis vſu,

Proque pugillari robora dabat ebur.

Nos ſimul imprimimus chartas, momenta redundant,

Cur iam librorum copia maior erit.

Non talem Veterum mihi Vos ignoſcite manes,

Veſtras vidiſtis tot licet inter opes.

Nam Tablina (loci, quos atria iuncta tenebant)

Privati ſumtus quid ferat, ipſa docent.

Quæris, vt ingeniis hominum res publica conſtet,

Pollio, principium eſt quam graue! primus eras.

Æmilium Paullum Macedo Rex ditet, Athenis

Sulla reportaſti quid Tibi? præda fuit.

Libris qui Varro ſtatuas coniunxit & hortum,

Poſſedit partem, diuidit ergo decus. b)

Quid dicat rediens Tirannjon ille Luculli, c)

Librorum curas is Ciceronis habens?

Ipſe-

a) Lucanus Lib. III.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, in ſaxis tantum volucresque feræque
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.

b) Conf. C. G. Schwarzius l. c. p. 18. ſeq. & Cellarius l. c.

c) Vid. Baylii Dict. crit. ſ. voce Tirannion. Cf. Walchius de ortu & progreſſu Artis criticæ apud veteres Romanos. §. XV.

Ipſeque quid Cicero? qui libros Attici adeptus
Diuitiis Craſſum ſe ſuperare putat. a)
Si vel Ariſtarchus diffracta prodeat vrna,
Iudicis officium ſuetus obiret vbi?
Nil niſi perfectas & ab omni parte beatas
Viſurus gazam ſic reperiret opes.
Libros Speuſippi nec non Parmenidis omnes
Sic & Ariſtoteles, res mediocris! emat. b)
Amplior heic pateat campus, nova gaudeat ætas,
Congeries doctæ conditionis adeſt.
Copia cum teneat pretioſius ipſa metallum,
Omnibus hæc numeris Bibliotheca placet.
Vrbis ad eximiæ hinc licet ornamenta referri,
Inſpice, ſelectum condit, habetque, probum.

Illa Monaſterii, quæ in publica commoda proſtet,
Iam, iam iuncta nitens ædibus hiſce ſimul,
Inter quam nexum paries modo proximus aufert,
Sauberti labor eſt, hæc, mea muſa, tuus.
Laude quis hanc alius celebret, Dilherre, canatque,
Quam Sebaldinis poſt tua fata dabas.
Quaue ſuas ornat diuus Laurentius ædes,
Gloria ſit meriti Fennizer illa tui.

Non in priuatas plures excurrere laudes
Heic decet, vt monſtret ſcrinia ſæpe domus.

Iſthæc

a) Cic. Lib. I. ad Attic. ep. 19. Conf. Lomeierus l. c. p. 99.
b) Vid. A. Gell. Lib. 3. cap. 17. Rapin. Comparaiſon de Platon & Ariſtote. p. 378.

Isthæc dumtaxat, cuius præstantia constat,
Me monet: hac, ciues, discite rite frui!
Condidit EBNERVS, doctis Peirescius alter,
Musæum Patriæ, Pieriisque sacrum.
Nomen erat faustum libris (monumenta docebunt)
Nomen ut illius gentis Erasmus, habet.
Sic horas diuisit, amant alterna Camœnæ,
Sic operam, meritum ne premat vrna, dedit.
Lassus ab officiis vt avitas fingeret umbras,
Innumeros libros intulit ille lari.
Hos vrbi nuper communi iure reliquit,
Cum, SOLGERE, tuis sunt patriæque decus.

Vos ergo tempus cum dicat vtrumque coæuos,
Gustus præclaros unus & alter alit,
Exemplum felix epochæ sit, Noris, ab illis
Dum tanta instruitur Bibliotheca viris,
Vtraque nunc decus est, illam Themis omnibus ornat
Laudibus, Eusebie vindicat hancce sibi.

Heic placide risere deæ. Ridete subinde
Dixerat, humanis rebus Hygea fauens.
Adfuit illa, lares proprios vt quæreret, immo
Luxit adhuc casus insula Cnide, tuos. a)
Restabit simul addit, opus mea numina poscens,
Sit mihi Pegnesi littus ad apta domus.
Olim sic inter graias Epidaurus & vrbes
Forte salutiferæ viderit artis opes.

TREWIVS

a) Vid. Lomeierus l. c. p. 83.

Trewivs eſt celebris rerum Collector, ab ipſo
Condita cum ſumtu Bibliotheca fuit.
Laudibus at ſupereſt aliorum, animalia, plantas,
Tellurem, morbos, aëra, corpus amat.
Diſce tamen, numerum quando miraberis hoſpes,
Longa quod ars extet vita breuisque Coo.

Sed ſequar hanc, animus qua ſe modo paſcit, vt ipſe
Rerum ſacrarum dogmata tanta ſciam.
O mihi dulciloquum carmen concedat Apollo:
Peligne, optarem pectus habere tuum!
Inſcriptos titulos, auctorum nomina, textus,
Tot capita & linguas commemorare volo.
Copia, & in primis huius præſtantia, luxu
A me diſtingui vult quaſi tota ſuo.
Ad lites clypeos Eccleſia quærit in ipſa,
Pro votis illic nam monumenta latent.
Eſt cynoſura quaſi, fidei dum dogma beatæ
Quæritur: errores diſcutit illa graves.
Indicat & quæ ſit coniuncta ſcientia, ſi quis
Forte Deo ſacrum geſtit adire forum.
Illius anguſtos at ne quis ponere fines
Audeat: hiſtoriæ congruit omnis ager.
Inſerat huc etiam ſe quis paradoxus vt auctor,
Sic verum iuxta ponitur error ibi.
Heic licet ingenii dotes diſcernere, faſtum
Et ſibimet proprium natio ſi vel habet.

Eruit interdum veterum diplomata rerum
 Conditor, oblitum vt restituatur opus.
Sæpe manuscriptum positis authentica verbis
 Pondera si careant, sedulitate refert.
Sæpe vel historiæ partem quod supplet, omissam
 Pandit; id utque dato munere prosit, agit.
Sed simul ipse suo comitari rite, fruique,
 Ingenio cauta iudicis arte, solet.

Interea campus latissimus extat, vbiuis
 Ducturas monstrat fontis origo vias.
Dum tot scriptorum tacitus vestigia lustro,
 Allicit intrepidum sæpe cupido pedem.
Sic super Oceanum feror impendente procella,
 Dirigat in diro quis mea vela freto?
Dicor ab innumeris incautus nauita forsan,
 Tutus ero, quod si non nisi visa canam.
Terreat & nouitas? Carpet mea carmina Momus,
 Quisquis es, an timeam murmura? Momus eris.
Spes superest. Iuste censens intelliget auris,
 Verbaque dicendi postulat apta genus.
Syllaba sæpe vetat, quod versus dicere vellet,
 Obscurus fio, dum breuis esse volo.
Esto sed obscurum. Sapienti parva sat esto
 Mentio, si metrum cuncta referre nequit.
Vrgent me studium, pietas, accedit & ipse
 Iussus, differ opus liuida cura tuum!

Obtutu lubenter enim heic defixus in uno
 Hæreo: iucundas non prohibete moras!
Quæ Vaticani teneant vel ſcrinia tecti,
 Talia muſæum hoc pignora rara capit.
Monſtrant, quodMonachus clauſtris abſcondat in ipſis,
 Clerica gens gazis inuideatne tuis?
Qualis Pontificis ſonat indulgentia, pendet
 Bullarum ſpecimen, preſſa ſigilla patent.
Hæc facit vt paries placeat, membrana; tot autem
 Egregii libri nos, aliosque trahant.

Non adeo venit iſta frequens occaſio, ſæpe
 A ſtudio fruſtra quæritur illa ſuo.
Spectator vires (oculus ſis prorſus & auris)
 Intendas, viſu digna plerumque tenes.
Exemplum Canonis fert Tridentina, Patrumque
 Copia, cyanei charta coloris adeſt.
Quod vitæ, Franciſce, genus conforme gerebas,
 Tradit Milani rarior editio.
Loiola quo centum ſectæ numerauerit annos,
 Scriptum diuitias, iubila, fata refert.
Augeat excelſum fœcunda Bauaria cœlum
 Sanctis: heic numeri ſtet meritique decus.
Miramur teſtes, quos Eiſengreinius affert,
 Maillardi ſermo non caret igne ſimul.
Et quod Mozarabes mixtum miſſale vocabunt,
 Romanæ nitidum ſit pietatis opus.

Inter Clementem & Sixtum concordia diſcors
Papale vt bellum fulmina vibret, agit.
Quæ romana ſuis det Cancellaria taxam,
Paruc, quis hæc referat jura? libelle doces.
Nomina Boccacius memorans muliebria clara,
Nec quamuis pariat tædia ſumma, tacet.
Diſcordes inter Scriptores nempe quid illic,
Quod quis vix credat, picta tabella refert.
Anglica quæ Gallus Carolus breuiaria miſit
Reginæ Anglorum, conſtituantne decus?
Talibus atque Comes tua Frangipane probatur,
Quæ vertit pietas quotidiana preces.
Membranis teneris liturgica ſacra ſacerdos
Literulis quum ſit pompa parata, dabat.
Auratis euangelii quid charta columnis?
Doctrinæ veteris quam monumenta ferat?

Sed ſatis aduerſam dixi ſpectantia partem.
Muſa fer heic celeres ad ſacra noſtra pedes.
Multa canes, tamen inde canes potiora, quid hæres?
Non debet verſu copia tanta capi.
Biblia ſi ſpectes, venit hoc nihil ordine maius,
Plenior haud unquam copia forſan erit.
Hæc ſacra quot linguis pompoſa volumina proſtant?
Enumerent pretio ſe polyglotta ſuo.
Neſcio quæ dicam? tua forte, Lutetia, dicam?
Num quæ Londini ſuntque, feruntque decus?

Oxonium quæ pulcra tulit? quæ Antwerpia laudat?
Ariamontani nomine clara ſui?
Illa manuſcripti quæ vim membranea ſeruant,
En accuratus veſtit vbique nitor.
Fœderis incipias natales unde prioris,
Littera, Maſoræ res numerata placet.
Obſtupet Ebræus, videt ille volumina ſeptem,
Vende (ſed haud facies) quid Synagoga daret?
Octupla mox veniunt, pietas id Origenis optet,
Fœdus Slavoniæ fert quoque lingua nouum.
Quam venerandus erit Codex membraneus, in quo
Tres cœli teſtes ore Ioannis agunt.
Septuaginta tuis fulgebunt Alde, typisque
Das teſtamentum Vir Stephane ample, nouum.
Sic quæ ſunt Stephani contemplor aperta latina,
Et Sixti quinti biblia græca lego.
Complutenſis opus quod fert Academia, prelis,
Eſt teſtamentum, gloria prima, nouum.
Huc geminas nunc flecte acies, pretioſius auro,
Finibus ex illis en decus, hoſpes, habes.
Ducat Apoſtolicas maiuſcula litera curas,
Gaudet & ornatu Græcia ſancta ſuo.
Pſalmographum velut vt noſcant Arabesque, Syrique,
A Maronitis fratribus extat opus.
Signa Damaſcenus det Epiſcopus, addat honorem,
Qui fuit impreſſus ligneus ergo typus.

Antiquum decus absque loco quoddam adſit & anno
Oblito priſci Teutonis ore ſonans.
Addite, quæ textu ſimul antiquiſſima proſtant
Biblia, Vandalica voce legenda tamen.
Ac ea, quæ vario viuas idiomate linguas
Pandunt. Hiſpani turget & ore ſonus.
Illaque, quæ calamo conſcripta & picta fuerunt
Belgica, deliciæ Principis eſſe queunt.
Tota manuſcripti veniunt quæ nomine, ciuis
Noricus en multa ſcripſerat arte pius.
Picta colore nitent quædam, ſunt artificisque
Quædam, quæ duro ſculpſit in ære manus.

Quæque Reformator Spenglero munera miſit
Biblia, Lutheri ſpecto notata manu.
Quæ Coburgeri curis impreſſa niteſcunt,
In decus extabunt o Noriberga! tuum.
Adſunt plura, ſuis quæ fert Germania prelis,
Copia iudicium ſæpe retardat ibi.
Biblia Lubecæ quæ dudum impreſſa fuere,
Fœmina, prædicunt iurgia dira tibi.
Fraus taciturna typis vbi purgatoria partis
Miſcuit, vrgebit ſyllaba iuncta fidem.
Sic varii generis proſtant exempla cuiuis,
Huc qui ſpectatum, Vir venerande, venit.

De deprauatis illis, oratio quare, a)
 Cum tot poſſideas, nos tua plura docet?
Ante repurgata olim nam ſacra, quis putet, ipſa
 Si quis poſſedit biblia, diues erat.
Temporis illius ſpectet rediuiuus alumnus
 Tot tua, quam ſortem prædicet ille tuam?

Quot pia ſcripta Patrum ponuntur in aſſere longo!
 Ponitur & cœli gaudia Martyr amans.
Hippolytus, Polycarpus adeſt, Ignatius illis
 Iuſtinusque comes vel Cyprianus erit.
Cum patribus Clemens & Alexandrine vocaris,
 Romanus Clemens ad latus adſit vbi.
Ad veram acceſſit Vir qui Dionyſius aram,
 Sic Irenæus, Gregoriique placent.
Afer at Arnobius chartas ad Origenis addi
 Se iubet, Hilario eſt Baſiliisque locus.
Sic Sublacenſis curæ Lactantius ille,
 Chriſtiadum Cicero, dignus & inde coli,
Caſſiodorus opes nec non Epiphanius augent,
 Cumque Damaſceno forte Cyrillus agat.
Euſebius, ſimul Arianis Athanaſius hoſtis,
 Ambroſius ſcriptis Ephraem eatque Syrus.
Amphilochi ſtudiis Strydonis Epiſcopus adſit,
 Ruffinus ſedem poſtulet inde ſuam.

Stet

a) Oratio qua Vir ſumme reuerendus Profeſſionis ſuæ munus auſpicatus eſt, de variis bibliorum codicibus & verſionibus temere deprauatis. 1746.

Stet Theodoreti meritum, Chryſoſtomus ore
Mellifluo loquitur, chriſticolasque docet.
Auguſtine tuus labor hic, Hincmare tuusque eſt,
Fert Bernharde tuum litera magna decus.

Cepimus a ſacris ergo primordia rerum:
Ad mundi curas grata Camœna veni.
Non niſi principiis mens immortalibus uſa
Percipit; inueniat ſola nec ipſa vias.
Iudicium Cardane tuum hinc quo ſidere quorſum
Tendat? an impietas ſeu nouitasque furit?
Sidera Garçæus, ſic & Morinus vbiuis
Accuſent, fati quæſtio ſi qua foret.
Sic Albohazen, Veneti tria cantica mundi,
Sic quoque Schoneri ſcripta per aſtra ruunt.
Deſcribat melius calamo, radioque meatus,
Heuelius ſolers nocte dieque, poli.
Scilicet eſt poſt illa domus incendia ſæua
Machina cœleſtis rara, ſuperſtes opus. a)
Sic etiam celebres libri redduntur ab igne!
Nec Bartholino res ea teſte caret.

Spectat vt aduerſum tellus e margine cœlum,
Deliciis contra ſic ſimul ipſa patet.
Aenea ſculptorum tabula heic quid proferat, illud
Non mihi permittat tota referre dies.

a) Conf. Rudolfus Capello in Lectionum Bibliothecariarum memorabilium ſyntagmate, vbi integra hac de re epiſtola inſeritur. in 12. Hamb. 1682.

Nam quis Fischeri quæso miracula mundi
Nescit? in his ædes, marmora, saxa stupens?
Rudera, Romanæ queis constat gloria gentis,
Nominibus variis sæpe volumen alit.
Obuia sunt studiis antiqui secula moris,
Romuleo virtus hic ab honore viget.
Commouet in fulua se se luctator arena,
Et labens oleum trita palæstra capit.
Illic pars scenas pandunt, pars carmina dicunt,
Pars epulas luxus conditione tenent.
Victima mactatur mox relligione, sed illic
Exstructi cineres accipit vrna rogi.
Emergunt fontes, thermæ, fora, rostra, columnæ,
Mons, lucus, stadium, curia, templa deum.
Cives nympheum, proceresque senacula laudent:
Porticus, odeum, mœnia, septa nitent.
Cernis aquæductus, circos, arcusque, theatra,
Victrices pompas heic vbi Roma refert.
Sic antiqua potens stabat regina, coruscum
Extulit vrbs domito sic velut orbe, caput.
Ast vbi barbarie, variaque sepulta ruina est,
Tempus edax rerum sorte probare potest.
Vincere quæ sueuit tellure est victa: reposcit
Obruta disiectis maxima saxa locis.
Nec decus omne deest. Lapidumne cadauera fastum
Et diras spirent imperiosa minas?
Incutiunt animis horrorem, respicit orbis
Heic olim dominos eminuisse suos.

Ergo

Ergo redit virtus, mutato tempore ſplendor
Induit hic faciem, ſors iubet alma, nouam.
Terra ſit & fulgens. Veterum pereunte curuli,
Illic vult ſedem Petrus habere ſuam.
Nos ducant elegi tamen ad Capitolia, priſcæ
Qui nos adſpectus detinet, vrbis erit.

Hinc veteres Panuine locos in imagine monſtras;
Laure tibi ſplendor magnus & inde venit.
Accendis tenebras inter, Licete, lucernas,
Lux tua Laurenti, pandit at omne decus.
Adſpice Ferretium, qui, quod prohiberet Apollo;
In lapides Muſas vertit agitque ſuas.
Stuckius adſit, vbi veterum conuiuia ſpirant,
Adſit, gentiles dant vbi ſacra diis.
At, ſi quis pretio cultuque ſuperſtite gaudet,
En res collectas Calceolarus habet.
Det ne Ciampinus monumenta legenda, ſed aptus
Bungius in numeris myſticus auctor agat.

Deque tua Fabrettus agit, Traiane, columna:
Bertius antiqui fert monumenta ſoli.
Deque ſuis Veneti quod deſcripſere theatrum
Aedibus, excellens ſculptor in ære dabas.
Splendeat Eugenii Pedemontium vbique triumphis;
Laudibus hæc ſimul hic ſplendeat aula ſuis.
Sique peregrinos ritus memorare, locosque
Quis vult, Zeillerum terra ſitusque monet.

※)o(※

Ergo geographicos poſcenti Blæuius adſit,
Tot voluit libros, quot ſibi ſigna polus.
Augebit pretium Rudbecki Atlantica ſummum:
Inſula Corteſii ſic erit illa decus.
Grynæi nouus orbis adeſt: Stephanus dabit vrbes,
Adiungis curas, docte Pinedo, tuas.
Sint veteres clari. Penetremus ſecula retro,
Eſt Strabo, Solinus, Melaque Pomponius.
Quas partes Poſtellus adit? miſer ipſe fauillæ
O Seruette, tuæ pars Ptolemæus adeſt.
Fert ſacra Bochartus. Tuus o Guduille ſuperbum
Atlas hiſtoriæ conciliabit opus.
Marſilius Ficinus, vbi ſpumeſcit ab undis
Danubii littus, concelebrandus erit.
Antiqui ſimul atque noui, ſtudioſe Brieti,
Sciſne parallelos orbis adire locos?
Nauiget interea tumidum Ramuſius æquor,
Munſteri calamo notior orbis erit.
Sic mediterranei maris hiſtoriane mouemur?
Turcica cum poſſit lingua referre typum.
Ergo typographicæ dat, relligione vetante,
Culturæ ſpecimen gens inimica novum.

Pergimus; hiſtoriæ nobis eſt proxima claſſis,
Ricciolus veterum tempora noſſe docet.
Schubertus jungat; nec non Caluiſius æuum,
Ceu quod Ioſephus Scaliger ipſe colit.

Magna

Magna ſuas geſtas res quævis natio ſpectat:
Noſcis Scriptores Itala terra tuos.
Byzantina tumet longis res incluta chartis,
Illa Pariſina lumen ab vrbe trahat.
Sumtus erit tantam completam reddere molem,
Pars minima heic curæ ne Tibi deſit, erat.
Heic petat hiſtoriam gens Saracenica rurſus,
Illa manuſcripti vult at habere locum.

Quot caſus autem varii, diſcrimina quanta
Huc tendunt, vt quis fata relata legat.
Lazius hinc abeat migrantis ad agmina gentis,
Per Francos oriens dat quaſi geſta Dei.
Explicat hiſtoriam celebris Reineccius auctor,
Quæ ducis inſcripti Iulia nomen habet.
Illa Ciaconii geſtarum ſcriptio rerum
Tangit Pontifices, purpura quosque tegit.
Et cum continuet ſeriem Guarnaccius iſtam,
Iniuſte hos alius ſeparet ordo tomos.
Aulæ romanæ cerno bullaria magna,
Anglica cum regnis fœdera Rymer habet.
Anglica qui profers, Dugdale, monaſtica fulges,
Ius Arelatenſe ad Pontificesque redit.
Heic cape Schotte locos, iunctus Piſtorius adſit,
Lector ab extremis finibus ergo redit.
Resque tuas celebres memorans Hiſpania fortis,
Ingens e reliquis fit Mariana decus.

Per Ducheneum Francorum gloria conſtat,
Gallia Frizonium, purpura amicta, colit.
Gallia ſicque tuos narrat Gramondus honores,
Henrici quarti poſt ita fata tamen.
Salvator Vitalis erit, Sardinia, pro te:
Francia Sorrano mox repetita redit.
Emineat rebus Venetis Sabellicus ille.
Gentis cui nomen Coccius ante fuit.
Larreus meritum tenet, euoluatur ab Anglis,
Emmius at vero Friſica facta refert.
Wormius & clarus Svaningius auctor vterque
Rem patriæ referunt maxima facta ſuæ.

Temporis ille ſui ſcriptor, ſplendorque Thuanus,
En micat e prelis, culte Britanne, tuis.
Henricum Muſſatus adit, dum Strada per omnes
Cæſareas laudes gaudet habere viam.
Quod chronicon magnum miſit Godofredus in orbem,
Commendant tabulæ pro! Meriane, tuæ?
Sic Europæum populis tam grande theatrum,
Panditur, & ſcenam pagina ſemper habet.
Gaudet Auentinus late res ſpargere Boias,
Dalmaticas vero Lucius ille dabit.
Hiſtoriam Venetam ſic Maurocene docebas:
Rubeus laudis facta, Rauenna, tuæ.
Ferdinandeos annales proximus ordo
Splendida Weſtphalicæ pacis ad acta locat.

Hungariæ annales ſimul Inchoferus adornat;
Vredius & Comites Flandria teque refert.
Res quoque Balbino ſcriptore Bohemia geſtas
Tradit, & hunc reges enumerare iubet.
Cum ſupplementis ſæpe Hortlederus abactis
Res Germanorum ceu Bucelinus amat.
Huc quoque pertineas Beſolde, monaſtica ſacris
Condita virginibus, qui monumenta doces.

Plenior vt condat laudem enarratio rerum
Geſtarum, iungunt en genus atque domos.
Stemmata quæ, Roſiere, dabas Lotharingia pandit;
Fert Ammiratus nomina magna ſimul.
Aniciana viret colit hanc Seifridius, arbor,
Albizius memorat Chriſtiadumque duces.

Fortibus vt fortes ſtirpis ratione creentur,
Ille Coronelli naſcitur aptus eques.
Qui Solymis florent, illos Veltronius eius
Ordinis is miles volue ſtatuta, notat.
Anglorum dant huc equites quoque iura, decusque;
Ordo Melitenſis iunctaque vota capit.
Inſuper exemplum, leges quod dictat eorum,
Vellera qui geſtant aurea, forſan adeſt.

Subſidium tamen ipſa ſuum reticere Camœna
Neſcit & in ſtudiis gaudet habere gradus.

Sic

Sic addi poſſent ſtudii incrementa Cauxi,
Illa Mabillonii fert vbi ſcripta, labor.
Gaddius e variis iungens ſcriptoribus agmen,
Daccherius ſpicas lata per arua legens.
Quicquid Durandus, quicquid Martene coegit,
Sunt res morales, dogmata, facta, preces.
Cernimus in græcis quid Photius atque latinis,
Toppius, & quicquid Chirocarellus habet.
Poggius interea chartas Turnebus & augent,
Multaque Dupini bibliotheca premit.
Iouius ille viros doctos in imagine ſeruat,
Oxonium antiquum Woodius ipſe docet.
Dumque tuum meritum ſpecto, Brukere quid obſtet,
Vt quæram Sophicæ ſint vbi fata ſcholæ?
Voſſius vt ſectas, Scriptores Ionſius edit,
Iamblichus at Samium proferat ipſe ſuum.
Burlæus docet ecce Sophos, docet ecce Poetas,
Placcius, & laudes Pantaleonis eant.
Prateolus vitas, ſectas & dogmata, digna
Sæpius hæretico nomine ſcripta vocat.

Sed reuocamur. Habet varias res priſtina geſtas
Aetas: cum Roma Græcia fortis erat,
Græcia virtuti præſtantes junxerat artes,
Et ſtuduit mundi totius eſſe ſchola.
Præſcripſit leges antiqui moribus æui,
Teſtantur luxus ſplendida ſigna ſui.

Finxe-

Finxerat heroes, obſedit milite campos,
Auxit & armorum ſæpe tropæa ſono.
Legibus at morem perdentis regna ruinæ
Præcedens Romam geſſerat ipſa dein.
Iamque ſuperba iacet. Fractis videt oppida muris,
Calcis in obſequium non niſi ſaxa coquit.

Ne tamen hæc pereat tot fontibus alma vetuſtas,
Cogimur ad veterum ſæpe redire forum.
Herodotus Perſas, Lydos, Medosque, Corinthum,
Gentis & Ionicæ qui monumenta refert,
Et Peloponneſi Xerxis diſcrimine, belli
Scriptor, Thucydides militis arma tenens,
Hiſtoria Xenophon docte qui pergit in illa,
Ille viris doctis attica dictus apis,
Nomina ſunt græco ſemper cariſſima Pindo.
Tot veterum ſe ſe vindicat inde labor.

Liuius hiſtoriæ princeps velut ille latinæ,
Ille dein Siculus vel Diodorus adeſt.
Miſceat hiſtoriæ licet hic idiomata tractus,
Eruit auctores Muſa latina tamen.
Caſſius ecce Dio. Scribat Salluſtius vrbis
Bella; ſed imperii culmina Florus amet.
Romam Velleius ſimul ipſe Paterculus ornet,
Annales Tacitus condat vt inde, venit.
Res a Principibus geſtas Suetonius edat,
Iulius at Cæſar proferat ipſe ſuas.

Iuſti-

Iuſtinus breue dat, nec non Eutropius, amplum
Sed Marcellinus fert ſtudioſus opus.
Hiſtoriæ locet Auguſtæ cum cura minores,
Pannonis Aurelius Victor ad arua redit.
Vt niteat calamo ſimul & res græca latino,
Scribit Alexandri Curtius auctor opes.
Verſio quos græcos iungit ſeruata latinis,
Dictys Cretenſis ſunt Phrygiusque Dares.

Litera ſi græca hinc, ſi ſors romana, decusque
Compenſant curas, læta ſit iſta via.
Voce triumphali Tarpeiam miles in arcem
Scandit, eant faſces, purpura, laurus, ebur.
Heic ſacra, quidue vafer timidis prædicat aruſpex,
Lætitiæ cultum, mæſtitiæque tene.
Gruterus lapides & tot monumenta Quiritum
Grævius in lucem, nomina magna, dabunt.
Famaque Gronouium ſequitur, Salengre labores
Et ſupplementum, docte Polene, feras.
Mox opus egregium Montisfalconius addat,
Extollat Latium teque, Pitiſce, tuum.

Alta ſuas ſemper gentes ſtimulabit origo,
Errat & in ſtudiis ambitioſus honor.
Quid colat in linguis Septentrio ſæpe ſonoris,
Quidue characterum det fera turba, patet.
Hinc quid Iohnſtonus, quid Lindenbrogius edant,
Temporis antiqui facta tot ampla monent.

Schil-

Schilteri tibi, Teuto, tuas theſaurus, Etruſcas
Res tamen Inghirami colligit ecce labor.
Ingenii decus antiquum Kircherus at auget,
Oedipus Aegypti Sphinge ſuperbit enim.

Nos vbi iam vexat variis inſcriptio verbis,
Ad nummos tacito tramite ducor ego.
Scilicet hæc flammis quæ miſcuit æra Corinthus,
Nos docet ars, acti temporis ante memor.
Quod latet in loculis argenti pondus & auri
Ignotum, gaude lector auare, ſcies.
Vim Triſtanus opum, varios & imagine vultus
Exponit, quot vel Luckius ora ducum?
Expandit gazis ſua Gotha numiſmata, ſpecta
Magne ſed & vitam ſic, Ludouice, tuam.
Sunt ibi Bizottus, Tenzelius atque Patinus,
Friſius, vt currat rara moneta, ſimul.
Bandurus, Begerus agunt, Spanhemius addit
Agmen ad antiquæ nomina multa rei.

Lexica cum tangas, titulis prægrande, locorum
Cum longa ſerie dicitur omne iubar.
Sunt Stephani, Spelmannus ibi, Martinius extat,
Scapula, Budæus vel Calepinus honor.
Heſychius, veteres ne mentio negligat ipſos,
Iulius & Pollux ordinis huius erunt.
Suidas græca ferat, tamen ex Oriente venuſtum
Pandis theſaurum, docte Meninske, tuum.

Glossarium, Dufrene, dabas, linguamque latinam
 Ex æuo medio pro ratione doces.
Bælius autor vbi criticis est area, fulget
 Tot scriptis aliis fons & origo nouis.
Sic Doletus habet, chartasque Trebellius aptas,
 Explicat & classes Anthologia suas.

Bibliothecarum pretium Lambecius ornat,
 Eihnerum comitem Ribadeneira petat.
Est Barberinæ semper clarissimus index,
 Sic Altamuræ non leuis adsit honos,
Constituant etiam cum docta diaria classem,
 Extrahat hinc succos doctior orbis apum.
Hæc quæ curarunt, quot nomina docta vocantur!
 Pieris illa tamen non fugitiua capit.

Sed nunc alma faue Suadæ soror ipsa Poesis!
 Græcos doctiloquo fac memorare choro.
Nocturna versare iubes, versare diurna
 Illecebris suus vt sit locus, hosce manu.
A percursuro tangatur vt ordo, saluto
 Limen, & Auctorum classica scripta voco.
Musa quid audebis? properas, via longa retardat,
 Græcia nam rursus, Roma deinde, patet.

Ille Poetarum pater ingeniosus Homerus
 Instat, Apollonius prostat & Hesiodus.
Tangis Arate polos, Musæus amore Leandri
 Ridet, Callimachum vult Epigramma suum.

Aurea

Aurea Pythagoram ſcripſiſſe at carmina dicunt,
Inſignes elegos arte Theognis alit.
Euripides, Sophocles ac Aeſchyle ſtare cothurno
Vultis? Ariſtophanis iure Lycophron eat.
Pindarus, Alcæus, lyricisne? Theocritus inter
Paſtores; lapides Orpheus addit aquis.

Sic vis eloquii, vinclis vbi verba ſolutis
Apta fluunt, aures ingeniumque capit.
Dum dedit ingenium numeroſe Muſa loquendi
Graiis, Orator Lyſias aptus erit.
Prodit Iſocraticus nec non Demoſthenis ignis,
Longini nubes, Aeſchinis arte decus.

Sic fuit & curæ cordique ſcientia genti,
Seria res metri nec fugit inde locos.
Ritibus antiquis multum Dionyſius addit,
Fitque Syracuſii circulus ipſe liber.
En Plato diuinus metatur caſtra ſophiæ,
Summus Ariſtoteles tractat at arma ſcholæ.

Inſtant Scriptores poſt Chriſti tempora nati,
Plutarchus, nec non ille Laertiades,
Quod ſcriptum dabis Antonine ducum Sophe de te
Vrget, vt in laudes Herodianus eat.
Porphyrius Samium, Lemnoque Philoſtratus ortus
Tollet Apollonium, qui Tyaneus erit.
Sic Byzantina Stephanum, qui ciuis ab vrbe eſt,
Zoſimus, Eunapius, Procopiusque trahunt.

Photius & Pſellus, Monachorum ex ordine Tzetzes,
Ius ſibi Zonaras, Euſtathiusque petunt.

Rhetoricis græcis doctos coniunge latinos,
Et Varro, Cicero, Quinctilianus erunt.
Aurea, ſi Latii, ſi vult argentea noſci
Aetas, Scriptores incluta turba, fauent.
Romanos vates numeras, ſonus occupat aures,
Ennius antiquum ſeruat vbique decus.
Rerum naturam cecinit Lucretius audax,
Cum Sociis fundas, docte Catulle, iocos.
Fers elegos Naſo, carmen, Lucane, Maronis,
Perſius & Flaccus ceu Iuuenalis, ama.
Silius Italicus Pœnos, Manilius aſtra,
Iulius haud illi diſtet Hyginus, adit.
Quis memoret Theben? quis fortem cantet Achillem?
Statius aduenieus Papinianus erit.
Chriſtiadum gentem Clemens Prudentius ornat,
Et decus Auſonius Burdegalenſe viget.
Claudius vt claudat, claudatne panegyris? agmen,
Pieris armiſonæ laudis acumen habet.

Scena vocat. Recreat gens perſonata Quirites,
Vno, quo plauſus, ſibilus ore ruit.
Ferte ſales Satyri! Placeatne Terentius auri?
Plautus adit populum, perſtrepit aula iocis.
Eminet ipſe ioci Petronius arbiter apti,
Quam decet ingenium fabula, Phædre, tuum?

Mate-

Materias alias a cana ætate relictas
 Si petis, exemplis nec caret ecce locus.
Conſtruit illuſtres veterum Vitruvius ædes,
 Ruſtica res per te ſed Columella viget.
Priſca culina ſuosque cibos tibi mandat Apici,
 Ornatu Celſi ſtet medicina nitens.
Plinius is maior mundi ſyſtemate doctus
 Solinum ſcripto iuſſit adeſſe breui.

Vt ſimul in rebus veteres moralibus ipſi
 Quid præſtent, auſum dexter Apollo iuuat.
Symmachus accedat, quem reddit epiſtola clarum,
 Dant Cenſorino ſors, geniusque diem
Candide Vir Sophiæ ſolamina diſce, Boethi,
 Artibus eſt felix ille Capella ſuis.
Res Saturnales ſtudio Macrobius edat,
 Somnia qui repetit Scipio magne, tua.

Commentatores horum at quis prædicet omnes?
 Sydera Burmanni, Gronouiique micant.
Meurſius affundit, cui vis aptiſſima, lucem
 Græcis: Mæonidem Clarkius ille dabat.
Plinius ornata præſertim veſte coruſcet,
 Commentatorem prædicet ille ſuum.
Schwarzius vt placeat lectoribus ergo, ſalutes
 Grande Palæcomes, patria muſa, decus.
Creſce perennis honos. Quo Noris nomine gaudet,
 Schwebelium celebrant Moſchus & ille Bion.

Sed ſimul arma ſtrepunt. Non fallimur. Arma ſtrepebant,
Iamque Onoſander enim caſtra daturus adeſt.
Delphini fuerit ſi quis tamen aptus in vſum,
Heic ſimul editio ſplendida ſemper erit.

Cernis in auctores vt proſtet cenſio, vitam
Iam Mæcenatis Meibomiusque refert.
Adde, quod is chartas ſtudio collegitet omnes,
Muſica queis veterum nota ſonora fuit,
Auctorum doceat Maſſonus ſcribere vitas,
Horum Fabritius ſcripta ſed ille notet.
Gataker exponit criticis digniſſima, ſæcli
Plurima romani nomina Baxter habet.

Iam libros vellem paruos adponere, iuxta
Sed ſeries operum tam pretioſa vetat.
Ne quis at hic abeat forſan ieiunus, adire
Paucos rem priſcam qui coluere, decet.
Moribus antiquis veterum res publica conſtet,
Per mihi delicias fas erit ire meas.
Lipſius armorum doceat genus omne, refulget
E caſtris animus, ſcuta per ipſa vigor.
Arma tamen iaceant validi pro militis vſu,
Nec nectant longam tot mihi bella moram.
Cedant arma togæ, quam tradit Boſſius auctor,
Solerii ſtudio pileus aptus erit.
Calceus antiquus Te, Balduine, vocabit,
Felici famæ ſic licet ire pede.

Graie

Graie tuos luctus, tua ſed Romane triumphi
Gaudia pertractat qui Nicolaus adeſt.
Bartholine tuos mulcebit tibia cantus,
Per te ſunt grati cymbala Lampe ſoni.
Connubii ritus veteris Briſſonius edat,
Eque manu ſeruum miſerit ille Loon.
Quisque Ciaconii neſcit triclinia docta?
Qui docet accubitum Mercurialis erit.
Auctor de veterum lectis Alſtorphius audit.
Suadeat hæc doctis otia grata quies.

Hi fuerant digni communis luce diei
Libri, iam vetitos angulus aptus habet.
Quot reprimit culpas? Spinozæ forſan acumen,
Cum variis aliis impia ſcripta refert?
Ergo quis effingat mendacia, ſomniet alter,
Auribus hoc timidis, lector amice, cape.
Forſan in Henricum Garnetum agat actio? præceps
Perdere Vaninum iam tamen ira time.
Scotorum lateat ſed quæ Regina? ſtolatæ
Ius Beuerlandus virginitatis amet.
Hic capit Agrippæ caſtrata parte volumen
Cum priſca ſimulac editione, manus.
Iordanus Brunus niger eſt, hunc ergo caueto,
Heu ſuge crudeles, prouida cauſa, dolos!

Myſtica ſic adſunt etiam, quærantur ab illis,
Quos quaſi ſeductos mens Labyrinthus habet.

Hinc vbi nox ſemper caligine voluitur atra,
Fludd ſimul a dubiis fluctibus actus erit.
Steebius ebræam ſicut Piſtorius artem,
Quam Cabalæ vendunt nomine rite ferunt.
Fata doce cinerum ſcribens miracula Ioris,
Haud cuius ſeros effugit vrna rogos.
Errores mea muſa time, prodire recuſa
Longius, ad maius lumina verte latus.

O quam librorum potius veneranda ſupellex
A decimo quinto ſeculo vbique redit.
Aere ſuo ſcribens ars incunabula prima
Diſtinctis ſignis, literuliſque premit.
Hiſtoriale ſuum ſpeculum Vincentius ergo
Auguſto folio cumque nitore dabit.
Hoc te quæ ciuem vocat Argentina, labore
Menteline poteſt nomen, honoſque ſequi.
Diuinis ſimul officiis Durande refulges,
Francica Tritemium gentis origo notat.
Sed ferat annales huius Mattairius artis,
Succedens illi Leichius eſſe poteſt.

O quæ prima typis diſcis Germania libros
Condere, ſit faſtus non ſine iure tuus.
Pompa regat gentes alias, contenta quiete
Tot noua clam natos prela mouere doce.
Plus hoc inuenti largita es munere terris,
Quam ſi Saturni regna beata dares.

Si victrix esses; armis si victa fuisset
 Tota Palæstina & Græcia prisca tuis,
Quantas Pierius vires hinc concipit orbis?
 Eusebie quantum concipit inde boni?
Inuentam citius sacra sunt purgata per artem,
 Præuia res tantæ prosperitatis erat.
Biblia Lutherus, quæ transtulit illa beatus;
 Exprimit æs subito fusile nempe tuum.
Sit Mentelinus, sit Guttenbergius auctor,
 Schefferus, fausto & nomine Fustus ibi.
Vos pia posteritas grato veneratur amore,
 Et vobis grates, quas meruistis, agit.
Deflectens adeo memoraui nomina vestra,
 Communis patriæ fulgeat inde decus.

Laudibus extollant æui cum prela secuti,
 Impressor laudes accipe quisque tuas.
Fert Stephanus Gallis, Italis fert Aldus honores,
 Plantinum Belgæ concelebrare solent.
Wechelium laudamus, vbi Germanica forsan
 Gloria cum pulcris est referenda typis.
Illorum curæ libris compluribus extant,
 Heic vbi SOLGERVS maximus auctor erit.

Quomodo sed reliquos canerem Vir docte, libellos?
 Quos tua tam præstans Bibliotheca fouet.
Nunc sine, quos nuper vidi tamen ordine narro,
 Musaque, Possessor, vult tua verba sequi.

Scilicet ad ſummi pretii cimelia ducor,
 Grati dumtaxat ſplendida ſigna laris:
Mentem immortalem dum Pomponatius urget,
 Lucet Tuldenius cognitione ſui.
Dum Cunrhade locas ſapientiam in amphitheatro,
 Sit tutelares cura referre Deos.
Miror & egregios verſus, quos edidit ille
 Grotius, en verum relligionis adit.
Complet Bandini rarum ſententia librum,
 Sic Occhine tuum colloquiumque placet.
Hemmerlinus adeſt, rutilet Tennulius igne,
 Teſtetur ſtudium charta Vieta tuum.
A Nigido Placido conſtructa eſt virginis ara,
 Et Bonauenturæ fert bona pſalmus ibi.
Omnis pontificis ritus deſcriptus in aula,
 Gens & Fonteio Cæſia diues erit.
Nobilitate cluit Milles. Septalius artem,
 Qua regimus totas edocet illa domos.
Præſcia mens repetat veſtris præſagia verbis,
 Aut Anſelme tuis aut Ioachime tuis.
Commonſtras titulos Rudolphe Ortrebe ſolemnes,
 Heic vbi Tolandi Liuius aptus erit.
Succica Goldaſto ſcriptorum copia raram
 Rem probat, Hugonis mox chronicumque venit.
Wiclefio date ſacra locum. Sed quis mihi tollat
 Quod Londinenſis fert Leuiathan onus?

Carmen ad Italicum peragit fera facta, flagellum
 Attila, qui magni se vocat ille Dei.
Sic stet Wolframi, quod tot tua facta recenset
 Carmen, qui nomen fers, Ludouice, Pii.
Lector inæquales hos iam non despice gressus,
 Inconstans animus peruagaturus agit.

Apta sed interea nobis occasio surgit,
 Vt meus in patrio puluere currat equus.
Teutonicas repleat nunc Theuerdankius aures,
 Illius editio Norica prima fuit.
O! cui præsertim germanica gloria cordi,
 Quisquis es hunc librum, candide lector, ama.
Pagina picta simul, quæ torneamenta recenset,
 Maiorum nobis fortia facta refert.
Patricii niteant cum tot victricibus armis,
 Posteritas ducat nobilis inde genus.
Norica, quod chronicis implet Res publica rebus
 Scriptum, cum reliqnis rarior extat auis.
Dum celebrata refert sua Bacchanalia, risum
 Vestibus antiquis turba notata mouet.
Sunt simul annales Mullneri pignora, chartis
 Fert Meisterlinus Norica facta suis.
Vrbs inter ciues vt floreat incluta, læto
 Omine, depinxit carmine Lætus eam.
Exterus hanc Dani distinxit laudibus orbis,
 Det Deus, vt seruet tempus in omne suas.

Sed

Sed noua vicinus locus ornamenta recludit,
Exponit Pſalmos gallica lingua vetus.
Arndius arridet. Paradiſi penna libellum
Pinxerat, ars finxit, res operoſa! typos.
Venerat inque tuas, ceu res, Collector, amica
Durrero Chriſti paſſio picta, manus.
Sic iuuat & memorare preces in cortice ſcriptas,
Militis hæ fuerant forſitan arma pii?
Res alibi ſic heic decus, Alkorane, ſolemnis,
Compreſſit molem capſula parua tuam.

Quid magis antiquo recreat vel codice mentem?
In quo tam nitide litera picta micat,
His olim ſcriptis cum late ignauia ſerpſit,
Barbariem monachi tum pepulere tamen:
Dum caruere ſuo doctore ſcholaſtica ſcamna,
Dum latuit ſtudium, litera ſcripta fuit,
Quæ lapſis vti noſcit clementia rebus,
Defectum ad fines duxit & huncce bonos.
Hæc quoque ſcripta iacent, ea ſi per ſcrinia quæris,
Vtile nam dulci miſcuit hæcce domus.
Valerius Senecæ cognomine Maximus adſit,
Attica nox Aulum Gellium ad hoſce locat.
Ex ſcriptis aliquid proſtabit Iſocratis ipſis,
Et captam Troiam forte Philelphus adit.

Ergo

Ergo ita Naucleri chronicon ſtat, gloria verſu
 Presbyter Hiſpanus quando Iuuencus erit.
Grammaticam ſic ebræam Reuchlinus adornet,
 Fortaſſis propria reſtet vt illa manu.
Porro manuſcriptum, quo vix antiquius ullum
 Huſſe tuum, Phœnix relligionis, adeſt.
Concio quam teneat Poſtilla, Bohemica quamque
 Lingua ſonat, ſignis albe lapille tuis.
Parue relicte liber mihi poſt tria ſæcula ſalue
 Integra, poſt Huſſi fata ſuperſtes age.
Vendat Epicteti ſe ſe percara lucerna,
 Non pretii liber hic inferioris erit.

Sæpius antiqui generis chirographus extat,
 Vel Luthere tuus, velque Philippe tuus.
Talem Lutheri Carlſtadius ille brabeuta
 Huc dabat, vt varii laude vigente viri.
Nonnullas etiam chartas Schwenkfeldius addat,
 Ac alii, quos iam non reminiſcor ego.
Vt genus & proaui ſeruarent ſtemmate ſignum,
 Picta figuratas fert Philotheca fores.
Immo Ducum, Regumque manus ſic litera monſtrat,
 Ac tot conſpicuos nobilitate viros.

Claudere ſed riuos tenui nunc carmine cogor,
 Muſa recordari vix ibi plura poteſt.

Omnia

Omnia quis recte laudet dignissima visu?
Non sunt ingenii flumina tanta mei.
Latius extendi si res & posset vbique,
Pagina sat spatii nostra nec ipsa daret.
Bibliotheca forum hæc peregrinum sæpe salutat,
Nunc Astræa tuum, nunc Medicina tuum.
Ingenium certe librorum copia tanta
Testatur, summum prodit & illa Virum.
Cernere præterea libros gratissima res est,
Quando aliquis vacuum fallere tempus amat.
Felices animi, quibus hæc Deus otia fecit,
Scriptorum possint vt penetrare locos.
Hinc artes pateant, auctorum dogmata constent,
Quid toga, quidue sagum conferat, inde patet.
Messibus ut vero lætari ecclesia possit,
Publica Vir nobis lucra dature, faue.
Differat hinc nullus, quod iam moliris, hiatus,
Librorum titulos Ipsemet ede tuos.

SYLLABVS CLASSIVM.

Codices Biblici impressi.

Concordantiæ Biblicæ, & Lexica Biblica tam verbalia quam realia.

Commentatores & Glossatores Biblici & Exegetæ.

Libri Homiletici.

Libri Morales & Ascetici.

Libri Dogmatico-Polemici.

Scriptores Casuistici.

Libri Miscellanei Theologici, vel operum Collectiones.

Libri Historici & quidem Historiæ Ecclesiasticæ eiusdemque

(a) *Patres ecclesiæ Græci.*

(b) *Patres ecclesiæ Latini.*

Ceteri Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ.

Scriptores Ceremoniarum, Liturgiarum & Rituum Ecclesiasticorum.

Scriptores Historiæ Politicæ, & civilis universalis & particularis, inter quos & diplomatici.

Scripto-

Scriptores Historiæ litterariæ.

Scriptores Antiquitatum Græcarum & Romanarum variique generis.

Scriptores Geographici & Topographici.

Scriptores Genealogici & Heraldici.

Scriptores Nummarii.

Scriptores Philosophici Græci & Latini.

Lexicographi.

Epistolographi.

Libri Paradoxi & Fanatici varii generis.

Libri Miscellanei, maximam partem Philosophici & Histor.

Libri Iuridici, Ius civile, publicum, statutarium, & deductiones concernentes.

Libri Medici & Scriptores Historiæ naturalis & Astronomiæ &c.

Appendix.

Codices Manuscripti tam membranacei, quam chartacei.

In

In Folio.

Codices Biblici impreſſi.

Num. 1-8. **B**iblia Polyglotta Philippi II. Hiſpan. Regis auctoritate et cura Ariæ Montani edita Antverpiæ ex officina Chriſtoph. Plantini 1565-1572. octo volumina, folio maximo, et ligatura anglicana.

Notandum, ſextum volumen hujus rariſſimi codicis, Biblia interlinearia hebræa et græca continere, ubi Geneſeos Cap. III, 15. loco הוא perperam הות legitur. Quæ editio quidem ſeparata etiam ſed infrequentiſſime occurrit. An et hæc enormis depravatio in parte aliqua hujus operis Regii detur repertu, pauciſſimi hactenus obſervarunt. Io. Chriſt. Mylius, Bibliothecarius academ. Ien. in memorabilibus Bibliothecæ academicæ p. 39. opus hoc vocat rariſſimum et pretioſiſſimum, cujus plurima exemplaria, in Hiſpaniam vehenda, turbidi maris tempeſtate perierunt, hinc jam ſuo tempore Sebaſt. Tengnagelius hoc Bibliorum opus 300 florenorum pretio venundari ſolere teſtatur. vide plura ibid. conf. Wendleri diſſertatio de libris rarioribus §. 1. et cel. Schellhornii amœnitat. litter. T. II. p. 398. Lectu omnino etiam digna ſunt, quæ B. illuſt. Rinckius in Catal. Bibliothecæ ſuæ pag. 3. circa hanc edit. adnotavit, quæ et alias octavum mundi miraculum adpellatur.

9-18. Biblia polyglotta, Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Græca, Syriaca, Latina, Arabica, çurante Guidone Mich. le Jay. Pariſiis 1645. decem vol. folio maximo, ligat. gall.

Splendidissimum et pretiosissimum Exemplar. Cel. le Long Tom. I. Biblioth. sacræ pag. 35. innuit: Editionem Waltoni Londini 1657. excusam, pretium hujus editionis Parisiensis ita minuisse, ut tunc temporis multa exemplaria, solo chartæ adpensæ valore compararentur. Sed et hic locum habet distinctio inter tunc et nunc. Siquidem nunc Parisiensis editio, quæ rarissime in Bibliothecis adparet, ferme 300 florenorum pretio divenditur. vid. clar. Freytag. in analectis litter. pag. 9. seq.

19-25. Biblia Polyglotta complectentia Textus originales, Hebraicum cum Pentateucho Samaritano, Chaldaicum, Græcum; itemque versiones antiquas, sc. Samaritanam, Græcam LXX. Interp. Chald. Syriac. Arab. Aethiop. Persic. Vulg. latinam, cum apparatu, Appendicibus etc. Londini 1657. VI. volumina, in charta maxima corio russico compacta. Exemplar splendidissimum. Iuxta cum Castelli Lexico Heptaglotto Londini 1686. folio maximo. lig. gall. Tomi duo.

Editio hæc omnium polyglottorum est optima et absolutissima et rara, pretio sæpius centum Imperialium divendita. Vid. de raritate Bibl. Mencken. p. 125. Io. Vogtii Catal. libr. rar. pag. 178.

26-28. Biblia trilinguia Vet. et Novi Testam. græce, latine et germanice, ex editione Dav. Wolderi, Hamburgi 1596. tria vol.

Opus secundum mentem cel. Reimmanni, præclarum nec facile obvium. vid. ejus catal. systemat. crit. Tom. I. p. 199. Georgi in Lexico libr. huic operi statuit pretium XV Imperialium.

29-30. Biblia hebraica ex editione El. Hutteri, in quibus literæ radicales et serviles situ et colore discernuntur. Hamburgi 1587. duo vol.

De raritate et præstantia hujus editionis lectu digna sunt, quæ adnotavit cel. Reimmann. in catal. system. Tom. I. pag. 199.

NB. Hanc editionem plerumque Wolderianæ antecedenti adjungere solent litterati, ut quadrilinguia Biblia audiant.

31. Bi-

31. Biblia Ebraico-græca interlinearia Ariæ Montani Antverpiæ apud Christoph. Plantin. 1572. folio maximo.

Editio stupendæ raritatis, in qua contra fidem omnium exemplarium impressorum et MSptorum pro eo, quod in codice Ebræo Genes. III. v. 15. legitur הוא ipse, excusum הִוּת, quasi Moses idem scripsisset, quod est in editione vulgata, ipsam scilicet Mariam, caput Serpentis contrituram. Sed in editione secunda A. C. 1584. Antverpiæ recusa, hac corruptione manifesta ejecta, lectio vera est restituta. vide omnino plura notatu digna in Reimmanni catal. T. II. pag. 193. et Vogtii catal. pag. 91.

32. Biblia interlinearia Ebraico-græca, Ariæ Mont. Antverpiæ 1584. ex officina Plant.

In hac editione genuina lectio הוא restituta est. Elegantissimum Exemplar et summæ raritatis, est enim ea editio, in qua in principio et fine leguntur hæc verba: Accesserunt et huic editioni libri græce scripti, quos Ecclesia orthodoxa, Hebræorum canonem secuta, inter apocryphos recenset. Nimirum, scribit clar. Vogtius, aliquot isto sub titulo jam impressis Exemplaribus, Iesuitæ rei certiores facti intercedebant, ne et reliqua sic exirent, quare in plurimis desiderantur ista verba, quæ in admodum paucis inveniuntur. vid. Vogt. l. c. pag. 92. et omnino clar. Bunemanni catal. libror. rarissim. p. 62. seq.

33. Biblia Ebraica et Chaldaica cum Masora magna et parva, et selectissimis Ebræorum Commentariis, R. Salomon Jarchi, R. Aben-Esræ, R. David Kimchi etc. ex editione Io. Buxtorfii, Basileæ 1618. accessit ejusdem Tiberias vel commentarius Masorethicus. ibid. 1619. duo vol. charta max.

Cel. Reimmannus P. 1. catal. system. crit. pag. 192. scribit: opus dignum hoc Hercule. In quo post IV. editiones venetas textus Chaldaicus a deformitate punctationis, et pravitate vocum innumerarum vindicatus, loca in Masora transposita, deficientia, pugnantia, numeris depravata, subsidio

 diver-

diversorum exemplarium et concord. reposita et restituta sunt etc. vid. plura notatu digna ibid. De præstantia et raritate hujus operis vid. cel. Lilienthalii Biblioth. exeget. P. 1. pag. 1. seq. et auctores ibid. cit.

34. Biblia Ebraica cum interpretatione latina, et annotationibus Rabbinicis, ex editione Sebastiani Munsteri. Basileæ 1546.

Primus est Münsterus ex Germanis, qui Biblia Ebraica sub prelum misit. Primus, qui fontes secutus, post versionem antiquam vulgatam, novam latinam adornavit. Primus, qui Scholiis Rabbinicis textum illustrandum suscepit, Esdras Germanorum idcirco denominatus. vid. cel. Reimmanni catal. pag. 194. opus rarum variasque ob rationes in deliciis habendum. vid. Biblioth. Salthen. p. 198.

35. Biblia græca Vet. et Novi Testamenti. Venetiis apud Aldum 1518. ligatura gallica deaurata.

Editio elegantissima et longe rarissima. vid. Gözii Memorabilia Bibliothecæ Regiæ Dresdensis vol. II. pag. 185. In auctione Bibliothecæ Marckianæ hæc editio 45 florenis fuit divendita. vid. ibid. pag. 3. num. 13.

36. Vetus Testamentum juxta Septuaginta Interpr. ex auctoritate Sixti V. Pontificis max. editum. Romæ ex Typographia Fran. Zanneti, curante Flam. Nobilio 1586.

Hæc editio vulgo Romana et Sixtina κατ' ἐξοχὴν nuncupatur, ac celebratissima est et longe rarissima. vid. cel. Schellhornii amœnit. litter. T. III. Cap. II. pag. 24. num. 3. Georgi in lexico libror. huic editioni splendidissimæ statuit pretium 24 Imperial.

37-39. Biblia græca Vet. et Novi Testam. cum versione latina et variis lectionibus. Accurante Ioh. Morino. Lutetiæ. 1623. tria volumina. elegantissime compacta in ligatura Belgica, vulgo Hoorn-Band. Hæc editio ad Romanam quoad Vet. Testam. expressa est et raro obvia.

40. Bi-

40. Biblia græca Vet. et Novi Testam. cum Scholiis apud Wechel. Francof. 1597.
Editio rara, quæ ceu præfatio testatur ad editionem Basiliensem Ao. 1545. impressam est adornata et cum Aldino Exemplari 1518. excuso, prorsus congruit. D. Wolfg. Franzius in præstantissimo Tractatu de Interpr. S. Scripturæ, studiosis hanc editionem maxime commendat, et in Biblioth. Engeliana vocatur editio præstantissima et per-rara. pag. 17.

41. Biblia græca Vet. et Novi Testam. Basileæ per Ioh. Hervagium 1545. Editio nitida et elegantissimum Exemplar, ad editionem Aldinam Venetiis 1518. impressa. vid. numerus antecedens.

42-44. Biblia græca LXX Interpretum, ex antiquissimo Codice Alexandrino adcurate descripta, editore Io. Ernesto Grabe, Oxonii e Theatro Scheldoniano 1707. seq.
Editio omnium optima, charta maxima, corio turcico deaurato et foliis deauratis. Splendidissimum Exemplar, tria vol.

45-47. Biblia sacra arabica, jussu sacræ congregationis de propaganda fide edita, ad usum ecclesiarum orientalium, additis e regione Bibliis latinis vulgatis. Romæ typis S. Congregat. de propag. fide. tria vol.
Opus Biblicum longe rarissimum, cujus natales æque ac rationem et modum, exponit tum præfatio latina, tum longe copiosius Abbas Nazarius in diario erudito italico Romæ edito 1672. vid. Vogt. l. c. pag. 94. et auctores ibid. cit.

48. Biblia latina vulgata Norimbergæ apud Antonium Koburger 1478. folio Regali.
Editio splendidissima optime conservata et longe rarissima. vid. Theophili Sinceri Verzeichniß rarer Bücher P. 1. pag. 62. et Biblioth. Hasaean. pag. 1. Crusii Vergnügung müssiger Stunden P. XV.

49. Biblia latina Vet. et Novi Testam. ex fontibus translata, cum indice rerum biblicar. et dictionario ebraico. O fœlix Colonia. 1527.

Hæc editio est rarior quam rarissima. vid. Bunemanni Catal. libror. rarior. pag. 41. quippe quæ sollicite suppressa. Statuit huic editioni Bunemannus loco cit. pretium 12 Imperialium.

50. Biblia latina ex translatione S. Pagnini Lugduni cum interpretationibus nominum hebraicorum 1528. klein fol.

Editio omnium ex hac versione prima et per-rara vid. omnino Philippi Jac. Lambacheri Secret. Civit. Vindobon. Bibliothecæ Vindobon. Civicæ P. 1. pag. 14. Viennæ austr. 1750, 4.

51. Biblia latina vulgata in academia Lovaniensi excusa cum præfatione Ioh. Hentenii et cum multis notis manuscriptis. Lovanii 1547. deficit hæc editio titulo, alias per-rara.

52. Biblia latina brevesque in eadem annotationes marginales, quæ Roberto Stephano adscribi solent. Antverpiæ excudenda curavit Antonius Goinus 1540.

Biblia præstantissima, quæ celeb. Schellhorn. in amœnitatibus litter. et quidem T. III. pag. 24. inter rariora Cimelia Bibliothecæ Krafftianæ refert.

53-54. Biblia latina ex versione Erasmi Roterodami emendata atque correcta, præmissis ubique D. Hieronymi et Io. Brentii prolegomenis. Accedit latina interpretatio nominum hebraicor. chald. et græcorum. Lipsiæ ex officina Wolrabiana 1544. duo volumina.

Editio certe per-rara vid. Theoph. Sinceri Biblioth. historico-crit. libr. rarior. pag. 7. seq.

NB. D. Kettnerus in historia dicti Iohannei pag. 215. de hac editione sequentia prodit. Probe hæc versio latina est observanda, quia vivo Luthero et mortuo Duce Georgio publicata, ac in Palatinatu A. 1620, cum omnia Lutheranorum Biblia, devictis in prœlio Pragensi Evangelicis, flammis traderentur, in incendio mire conservata fuit.

55. Biblia latina Interprete Sebastiano Castellione, una cum eiusdem annotationibus. Basil. per Oporinum 1556.

56-58.

56-58. Biblia latina utriusque Testamenti cum copiosissimis annotationibus, et duplici versione veteri et nova. Parisiis sub oliva Roberti Stephani 1557. III. volumina.

Biblia hæc inquit D. Io. Fabricius in historia Bibliothecæ suæ P. 1. pag. 14. magno in pretio hodieque apud Gallos habentur, mihique cum Ao. 1681. spectarem Bibliothecam celeberrimi Collegii, Doctorem eius insignem interroganti: quem pro rariori præstantiorique Bibliothecæ libro haberent? Ille exserto digito opus hoc Biblicum tanquam singularem Thesaurum indicavit. Aiunt etiam auctores Typis argenteis impressa esse hæc Biblia longe rarissima vid. Vogtii Catal. libr. rarior. pag. 122. et auctores ibid. citat. Hæc editio ob raritatem in Biblioth. Vffenbach. 24. Imperial. æstimatur.

59-61. Biblia latina cum paraphrasi Lucæ Osiandri. Tubingæ 1597. III. Volumina. Biblia, id est, plerumque adpellantur.

62. Biblia Vandalica, i. e. die Wendische Bibel, cura M. Georg. Dalmatini Vitembergæ 1584.

Exemplaria fere omnia æternis carceribus sunt mancipata, hinc longe rarissima. vid. Vogtius loc. cit. pag. 124. In Bibliotheca Anonymiana 1738. Norimbergæ impressa hæc 20 florenis divendita, ubi pag. 12. plura de summa huius Codicis raritate invenies.

63. Biblia hispanica Amstelodami 1611. Editio perrara et pretiosa. Vid. Vogt. c. l. pag. 113.

64. Biblia lingua Hebræorum vulgata impressa Amstelodami 1677. rar.

65. Biblia germanica absque loco et anno, procul omni dubio omnium, quæ ante Lutherum germanico idiomate impressa sunt, prima, siquidem omnibus gaudent characteribus, quibus depingere solent editionem vetustissimam primam Litteratores, folio maximo, literis initialibus, variis coloribus et auro antiquo splendidissimo exornata

et optime conſervata. vid. omnino de hac edi-tione cel. Vogt. pag. 93.

En! ſpecimina quædam huius verſionis: Matthæi Cap. VIII. v. 1- Wann da Ieſus was abgeſtiegen von den Berg, manig geſellſchafft nachvolgten inn: und ſecht, ein misliger kam und anbet in ſagent: o herr du macht mich gereinigen ob du wilt, und Iheſus ſtrackt die Hand und rürt in ſagent. Ich will. wird gereinigt. und zu hant ward gereiniget ſeine miſelſucht. NB. Das Magnificat Mariæ lautet Lucæ cap. I. alſo: und Maria die ſprach. Mein ſel die michelicht den herren und mein geyſt der freut ſich in got meinen behalter. Wan er hat angeſechen die diemütigkeyt ſeiner Diernen, wann ſich von des hin ſagent mich ſelig alle geſchlecht. wann er do iſt gewaltig. der det mir michele ding. Matth. Cap. XXV. lauten die Worte alſo: Wann ſo der Sun der Meid kumt in ſeiner Magenkrafft und all ſein Engel mitt im: denn ſitzt er auf dem Geſeſs ſeiner Magenkrafft etc. und Cap. XXVI. heiſſet es: Do wurden geſament die Fürſten der Pfaffen und die alten des Volcks auf dem Hof des Fürſten der Pfaffen der da iſt geheiſſen Cayphas. und ſie machten Rath daſs Sie Iheſum hielten mit triegkeite und in derſchlugen. Wann ſy ſprachen nit an dem Meſs-Tag daſs villeicht icht werden gemacht wuff under dem Volck. Die Prieſter und Hohen Prieſter werden auch überall Pfaffen und Fürſten der Pfaffen genennet. O! venerandæ antiquitatis Teutonicæ cimelium quovis ære dignum.

66. Biblia germanica absque loco et anno, cum ridiculis figuris ligneis, eadem ex primis antiquiſſimis editionibus.

Sub finem apocalypſeos Ioannis extant ſequentia verba impreſſa: der da gab gezeug der ding der ſprach Ioch gewerlich ich kumm ſchier. O herr Iheſus ich kumm, die gnade unſers herrn Iheſu Criſti ſei mit uns allen amen

DEO GRACIAS.

Rariſſima ſane editio optime conſervata vid. Vogt. l. c. NB. Geneſ. Cap. III. legitur: In dem ſchweiſs deines antlitz wirſt du geführet mit deinem Brot biſs

biſs das du widerkerſt zu der erden von der du biſt empfangen: Wan du biſt ein geſtüp und wirſt widerkert in geſtüp.

67. Biblia germanica absque anno impreſſionis, literis maiuſculis vel Typis uncialibus cum figuris coloratis excuſa, et eadem ex vetuſtiſſimis primis.
Sub finem apocalypſeos Ioh. ſequentia leguntur verba impreſſa: Diſs durchlauchtigoſt werck der ganzen heiligen Geſchrifft genandt die Bibel - - hat hie ein Ende. In der Hochwürdigen Kayſ. Stadt Augſpurg - etc. Editio et ſplendidiſſima et rariſſima. vid. Vogt. l. c.

68-69. Biblia germanica Norimbergæ apud Antonium Koburger 1483. Cum multis figuris ligneis ridiculis coloribus depictis, duo vol. optime conſervata et rariſſima vid. Vogt. l. c.
Celeb. Reimmannus hanc editionem, cuidam, nomine Nicolao Sibero, tribuit, et opus plerisque inviſum deprædicat, quod in Bibl. Uffenbach. 50. thalerorum pretio æſtimatum. vid. catal. Reim. p. 208.

70-71. Biblia germanica Argentorati 1485. in folio minori. Editio hæc fere ignota eſt Eruditis, hinc per-rara. vid. Vogt. Catal. Libr. rar. pag. 102. duo Volumina.

72. Biblia lingua Saxonica inferiori impreſſa. Sub finem leguntur hæc verba impreſſa: — ghedrucket unde ſelichliken vullenbracht. Vormid deſt Steffen Arndes in der Kayſ. Stad Lubick M.CCCC.XCIV. 1494.
Typis maiuſculis impreſſa eſt hæc editio cum figuris coloratis, ſimulque ſplendidiſſima, longe rariſſima et famoſiſſima ob gloſſam eam riſu certe digniſſimam, qua verba Geneſ. III. cap. v. 16. ita reddita et expoſita ſunt: under der Macht des Mannes wers du weſende, und he ſchal aver dy herſchopen, dy NB. wackene to pyneghende, und to ſlande. Vid. Vogt. l. c. pag. 109. et auctores ibid. cit. Hæc editio ſæpius confunditur cum ea: Er ſoll dein Narr ſeyn, quæ, an exiſtat, nemo

 mo

mo litteratorum hactenus apodictice dedit demonstratum.

73. Biblia germanica a Proverbiis Salomonis usque ad finem Apocalypseos Ioh. inclusive Argentorati 1507. Codex per-rarus. vid. Vogt. l. c.

74. Biblia germanica exceptis Prophetis et libris apocryphis, ex versione germanica D. Mart. Lutheri. Norimbergæ apud Fried. Peypus 1524. Editio prima Norimbergæ post reformationem impressa et per-rara.

75. Biblia germanica ex versione Lutheri, continentur in hoc Codice quinque libri Moisis cum figuris ligneis. Wittenbergæ 1523.

76. Biblia germanica ex versione Lutheri a libro Josuæ usque ad librum Esther, sub finem extant sequentia verba: Diß Zeichen sey Zeuge daß solche Bücher durch meine Hand gegangen sind, denn des falschen Druckens und Bücher Verderbniß befleissigen sich jetzt viel. Gedruckt zu Wittenberg. (1523.) Luthers Wappen in Holzschnitt ist hier befindlich.

NB. Illust. de Ludwig in Tom. I. Bibliothecæ suæ pag. 2. de hac rarissima editione Num. 75-76. sequentia adnotavit: Prima hæc est editio Lutheri versionis bibliorum. Ao. 1523. Vitebergæ litteris Lutheri exscripta. Vt vero Dies diei est magister, resque aliæ a parvis initiis evaserunt maximæ; accederent præterea symbola aliorum Theologorum: caussæ ad cognoscendum faciles sunt, quia ultima, quæ nos hodie Luthero debemus, distent a primis. Lucas Cranach plerarumque imaginum, quæ hic exhibentur, auctor est fictorque. NB. Liber rarus est, mihi inter tot librorum myriades semel visus emtusque 1709. Sermone habeo aliorum, quod et ipse Lutherus et eius asseclæ, serio quæsiverint omnia huius voluminis exempla, ad extinguendam operis tantopere imperfecti memoriam. Hæc duo volumina Num. 75-76 in auctione Ludwigiana XIV. Imperialium pretio sunt divendita.

77. Biblia germanica ex versione Lutheri a libro Jobi usque ad Salomonis canticum canticorum. Vittenbergæ 1524. Rarissima itidem editio.

78. Biblia germanica ex versione Lutheri in quibus continentur omnes Prophetæ maiores et minores Vittenbergæ 1532. Editio prima originalis per-rara.

79. Biblia germanica Novi Testamenti ex versione germanica Lutheri Vittenbergæ sine anno, sed tamen 1522. impressa. Editio originalis rarissima vid. Vogt. catal. libr. rar. pag. 571.

NB. Hæc quinque volumina a Num. 75. usque ad numerum 79. inclusive, constituunt totum Codicem Bibliorum germanicorum Lutheri exceptis libris apocyphis, ex versione originali longe rarissima, quæ rarissime in Bibliothecis instructissimis integra occurrunt et hinc minime separanda.

80. Biblia germanica ex versione Lutheri a Genesi Moisis usque ad librum Esther. Basel bey Adam Petri 1523. cum figuris coloratis. Codex per-rarus ad originalem editionem Num. 75-76. impressus.

81. Biblia germanica ex versione Lutheri a Genesi Moisis usque ad librum Canticorum Sal. Argentorati 1523-25. cum figuris color. codex ex primis per-raris.

82. Idem Codex per-rarus, cui sub finem adpacti omnes Prophetæ ex versione germanica Hezeri et Denckii Wormatii 1527.

Editio originalis longe rarissima. vid. Vogt. l. c. pag. 557. En! specimina hæc tria huius versionis: Esaiæ Cap. I. v. 2. Ich hab Sün aufbracht, sie aber sind an mir zu Schelmen worden. Esaiæ cap. LVIII. v. 1. Schrey dass dir der hals kracht. Malach. II. v. 14. Das Weib deiner Jugend die du beschi . . . hast. Cum figuris illuminatis.

83. Biblia ex versione Lutheri germanica, a Prophetis Vet. Testamenti usque ad finem Novi Testamenti. Francof. 1523. rara editio.

84. Bi

84. Biblia germanica Tigurina Tiguri 1531. figuris variis coloribus exornata est hæc editio et perrara. vid. Vogt. l. c. pag. 106.

85-86. Biblia germanica ex versione Lutheri Wittenbergæ apud Ioh. Lufft 1534. duo Volumina splendidissime compacta, deauratis clausuris et foliis.

Hæc editio cum figuris a Luca Cranach variis coloribus et auro mirifice pictis, gaudet præterea manu propria beati Lutheri, qui parti priori sequentia adscripsit: Meinen günstigen Herrn und Bruder Lazaro Spengler, der Stadt Nürnberg Syndico übersandts Martinus LutheR. Editio originalis longe rarissima. vid. clar. Vogtii Index libr. rar. ubi pag. 103. scribit: Hæc editio adeo est infrequens, ut primum locum rarissimorum inter raros librorum occupet. vid. D. Zeltneri Nachricht von dem Leben Hannß Luffts. pag. 47-48.

87. Biblia germanica Wormatiæ apud Petr. Schæferum 1529.

Editio stupendæ raritatis paucis nota, paucissimis visa, sæpius quinquaginta Imperialibus divendita. vide de immensa raritate clar. Vogtium l. c. p. 105. seq præprimis I. G. Zeltneri Sendschreiben von der höchst raren teutschen Wormbser Bibel, Altdorf, 1734. 4.

88. Biblia germanica Vet. et Novi Testamenti. Augspurg durch Heinrich Steiner 1534.

NB. Hæc est altera editio præcedentis Codicis rarissimi Wormatiensis, quæ ei ad amussim in omnibus respondet. vid. cel. Palmii tract. de Codic. Vet. et Novi Testam. in præfat. pag. 36. editio rarissime obvia.

89. Biblia germanica ex versione Lutheri a Prophetis usque ad finem novi Testam. Wittenbergæ apud Ioh. Lufft 1535. Hæc est perrara editio et secunda, quam cel. Bunemannus, alias summus litterator, perperam pro prima venditavit.

90. Biblia germanica ex versione Lutheri Vet. et Novi Test. Augspurg durch Heinreich Steiner 1535.

Rara editio vid. Reimmanni Catal. Bibliothecæ suæ T. I. pag. 225.

91. Biblia eadem, ibidem 1539. editio æque rara.

92-93. Biblia germanica ex versione Lutheri duo volumina, Wittenberg bey Hanß Lufft. 1539. Omnes editiones Biblior. Lutheri ante 1545. excusæ sunt per-raræ scribit Vogtius l. c. pag. 102.

94. Biblia germanica Vet. et Novi Test. ex versione Lutheri. Wittenberg durch Hannß Lufft. 1540. Hæc editio præprimis est per-rara, quæ alias ignota fuit. vid. Io. Melch. Krafftii Nachricht von der 1534. am ersten zu Wittenberg gedruckten völligen Bibel Lutheri pag. 71.

95-96. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione germ. Lutheri. Wittenb. durch Hannß Lufft 1545. duo volumina.

In frontispicio primæ partis propria manus Philippi Melanchtonis est conspicienda et aliorum Theologorum coætaneorum.

97. Biblia germanica eadem ibid. 1546.

Conspiciendæ sunt in hac editione quædam lectiones variantes, ab editione de Ao. 1545. diversæ e. g. 1 Cor. XIII. v. 6. in editione Ao. 1546. verba ita se habent: Die liebe freut sich nicht der ungerechtigkeit, Sie freuet sich aber der warheit. Cum in editione Ao. 1545. legitur: Sie freut sich nicht, wenn es unrecht zugehet, sie freuet sich aber wenns recht zugehet. v. 8. de Ao. 1545. verba audiunt: die liebe höret nimmer auf, Ao. vero 1546. die liebe wird nicht müde. II. Cor. III, v. 5. legitur in editione An. 1546. nicht dass wir tüchtig sind von uns selber etwas zu denken. Ao. 1545. von uns selber Rath zu finden, und daher kommt auch die ungleiche Leß-Art in den neuern Bibel-Editionen, denn einige nach der edition de Ao. 1545. einige aber de Ao. 1546. abgedruckt sind.

98. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione Lutheri. Wittenberg durch Hannß Lufft. 1550.

Rara

Rara editio ob glossas quasdam marginales, quæ in aliis editionibus non leguntur.

99-100. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione Lutheri. Nürnberg bey Ulrich Neuber 1554. duo volumina.

Editio ob glossam Cap. III. Nehemiæ extantem per-rara, quæ huius est tenoris: Die armen müssen das Creutz tragen, die Reichen geben nichts, Tauß Eß hat nichts, Sees Zing gibt nicht, quater drey die helffen frey. vid. de raritate Vogt. l. c. pag. 95.

NB. Mirandum, cum partes Bibliorum Lutheri Wittenbergæ vix impressæ, immediate Norimbergæ sunt recusæ, non etiam pari modo totum opus Ao. 1534. et 1545. Wittenbergæ exscriptum in eadem Civitate Imperiali Typis mandatum. Nulla enim hactenus vetustior editio innotuit, quam quæ Norimb. 1550. apud eundem Neuberum prodiit.

101. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione Lutheri Francof. durch Weygand Han 1574. mit illuminirten Figuren in Corduan überall verguldt, folio maximo.

NB. In hac editione splendida dictum Iohanneum 1. Epist. V. de tribus in cœlo testibus non legitur, cum tamen idem in editione, eodem anno et loco apud Feyerabend impressa primum extat.

102-103. Biblia germanica ex versione Lutheri a Genesi usque ad Canticum Canticor. Leipzig bey Nicolaus Wolrab 1541. mit schön illuminirten Figuren. Codex rarus vid. Vogt. l. c. pag. 103.

NB. Accessit Tomus II. a Prophetis usque ad Apocal. Johannis duo Volumina.

104. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione Lutheri, cum summariis Viti Dieterici Wittenberg durch Hanß Krafft 1576. mit kostbar illuminirten Figuren.

105-109. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. ex versione Lutheri cum annotationibus D. Lucæ Osiandri a Davide Förtero germanice redditis. Stutt-

Stuttgardiæ 1600. quinque Volumina. Editio originalis quæ rarissime est inventu.

110. Eadem Biblia D. Lucæ Osiandri glossata germanica. Luneburgi 1715. bey die Sternen, folio maximo.

Ligatura splendidissima undique deaurata, et deauratis clausuris et foliis.

111. Biblia germanica Crypto-Calviniana Dresdensia 1590. edi cœpta, a Genesi usque ad Librum II. Chronicor. adornante Salmuthio conçionatore aulico Electorali cum complicibus suis. Sine Titulo, qui tunc temporis, quia totum opus fuit suppressum, et æternis tenebris mancipatum, nondum fuit impressus. Editio albis corvis rarior, Helluonibus librorum non visa. vid. Vogt. l. c. pag. 107. et auctores ibid. cit. Versio textus exacte respondet versioni genuinæ Lutheri, licet annotationes ubique placita Calvinianorum olent.

112. Biblia germanica Vet. et Novi Testam. nach alter in Christlicher Kirche gehabter Translation treulich verteutscht und mit vielen annotaten erleuchtet durch Johann Dietenberger Cölln 1626. Editio raro obvia.

113. Biblia germanica Norimbergæ 1670. cum præfatione B. D. Dilherri. NB. Diß ist die höchst rare so genannte Feg-Feuer Bibel, denn ein Catholischer Buchdrucker-Gesell hat in dem 23. vers der Epistel Judä die Worte also gesetzt: Machet etliche mit Furcht seelig und rucket Sie aus dem Feg-Feuer. vid. Bibliotheca anonymiana Norimbergæ 1738. apud Schmidium impressa pag. 14. ubi hæc rarissima editio 25 florenis est divendita. vide de raritate Vogtii Catal. libr. rar. pag. 105.

114. 115. Biblia germanica cum Interpretationibus B. Lutheri. Wittenberg 1681. duo volumina, auctore Abrah. Calovio D.

116. Biblia germanica Vet. et Novi Teſtam. cum B. Lutheri verſione Pſalterii germanica 1524. Wittenbergæ impreſſa et gloſſis marginalibus, ex editione D. D. Diecmanni, Stade 1702. folio max. Editio ſplendida et propter præfationem præſtantiſſima, in tabernis etiam librariis rariſſime obvia. vid. celeb. Lielienthalii Bibliothec. exegeticæ P. I. pag. 125. ſeq.

117-118 Biblia germanica Vet. et Novi Teſtament. ex verſione germanica Lutheri et cum interpretationibus D. D. Pfaffii Theologi Tubingenſis. Tubingæ 1729. duo volumina in folio maximo.

NB. Hæc editio pretioſa et ſumtuoſa ob has tres cauſas æſtimanda 1) quia huic figuræ Biblicæ Weigelii nitide aeri inciſæ inſertæ. 2) Hæ omnes variis coloribus auro intermixto adeo mirifice et ſplendidiſſime ſunt pictæ, ut oculis oblectamento eſſe poſſint. 3) Corio ſuillo deaurato et titulis rubro-nigris deauratis eſt compacta, et exinde pretio centum Imperialium omnino digna iudicanda.

119-126. Biblia germanica nova plane verſione ad Textum Vet. et Novi Teſtam. originalem ebraicum et græcum impreſſa, multisque annotationibus exornata, Berlenburgi 1726. etc. Accedunt libri omnes apocryphi, qui in aliis editionibus non dantur repertu. Octo volumina ſplendide compacta. Verſio germanica ſane erudite concordat cum Textu ſacro originali, licet in annotationibus multa atro obelo ſunt notanda.

127. Biblia germanica Vet. et Novi Teſtament. Erneſtina Vinarienſia dicta, perpetuis gloſſis Virorum Doctorum adornata. Accedunt annotationes novæ celeberr. B. D. Zeltneri cum multis fig. aeri inciſis. Editio in folio maximo noviſſima Norimbergæ 1736. Elegantiſſima ligatura.

128. Biblia germanica Vet. et Novi Teſtament. ex verſione Lutheri, Francof. 1705. cum figuris Merianis nitidiſſime aeri inciſis.

129-132. Scheuchzeri Biblia vel Physica sacra, das ist: geheiligte Natur-Wissenschafft aller in Heil. Schrifft vorkommenden natürlichen Sachen, durch Herrn Pfeffeln edirt. Mit unvergleichlichen Kupffer-Tabellen von den berühmtesten Meistern, Augspurg und Ulm 1731 — 1735. Quatuor Volumina spissa cum Titulis deauratis. Complet.

133. Biblia germanica Vet. & Novi Testam. cum annotationibus Tossani & figuris aeri incisis, Mindæ 1716. editio præstantissima & splendide compacta, folio max.

134-137. Biblia germanica harmonico-Parallelographica, oder die sich selbst erklärende Bibel, a Genesi Mosis usque ad Prophetam Iesaiam inclusive IV Bände fol. max. Editio huius metalli omnium præstantissima.

138.139. Histoire du Vieux & du Nouveau Testament, Enrichie de plus de quatre cens figures en Taille-Douce, &c. Tome premier & second. A Amsterd. chez Pierre Mortier 1700. Charta maxima & ligatura gallica deaurata splendidissima. Duo Volumina. Exemplar sane miræ elegantiæ.

140. Biblia latina quæ continent Pentatevchum, Librum Iosuæ, Ruth, Iudicum & Regum, cum Novo Testamento, & præfatione Lutheri. Vitembergæ per Nicolaum Schierleiz. 1529.
Editio albis corvis rarior. Clar. Krafftius Superint. Husumensis tria saltem exemplaria in Germania sibi quidem nota superesse arbitratur, vid. Voggtii catal. libr. rar. pag. 121.

141. Biblia latina ex officina Roberti Stephani. Parisiis 1528. In quibus nomina hebraica, chaldæa, græca & latina virorum, mulierum, populorum, urbium &c. comprehenduntur cum interpretatio-

ne latina &c. Cum duobus indicibus & notis marginalibus, ibid. eodem. Editio ſplendidiſſima & perrara, quippe quæ omnium eſt prima originalis.

142. Biblia ſacra Vet. & Novi Teſtamenti ex verſione vulgata cum uberrimis annotationibus & expoſitionibus priſcorum Patrum litteralibus & myſticis, adjecta ſunt & Scholia iis locis, quibus Hæretici abutuntur, collectore R. D. Franciſco Haræo Canonico Lovanienſi. Antverpiæ 1630.

143. Biblia cum Concordantiis Veteris & Novi Teſtamenti & ſacrorum canonum: nec non additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor Evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Ioſephi de antiquitatibus & bello Iudaico excerptæ. Lugduni. Expenſis notabilis Viri Antonii Koberger Nurenbergenſis. 1520.

Hæc Bibliorum editio in raris, emendatiſſimis & præſtantiſſimis habenda, quæ ante reviſionem Verſionis vulgatæ a Sixto V. & Clemente VIII. curatam prodiere. Rara: quoniam in inſtructiſſimis Bibliothecis etiam publicis rariſſime eam invenies. Emendatiſſima, quod teſtatur verſus ſub finem Novi Teſtamenti huius tenoris:

Fontibus e grecis hebreorum quoque libellis
Emendata ſatis: & decorata ſimul:
Biblia ſum preſens: ſuperos ego teſtor & aſtra:
Eſt impreſſa *nec in orbe mihi ſimilis.*
Singula queque loca cum concordantibus extant,
Orthographia ſimulque bene preſſa manet.

Vid. Biblioth. Saltheniana, & aut. ibid. cit. pag. 200. ſeq.

144. Biblia, Germanica lingua Saxoniæ inferioris, opera M. Dav. Wolderi. Hamburg, by Iacob Lucius den Jüngeren, 1596. in fol.

Rariſſima eſſe teſtatur, qui & ulteriorem eorundem notitiam ſuppeditat, Dietericus von Staden in Erklärung der teutſchen Wörter der Bibel, Præf. p. 21. ſeq. * NB. Mirandum, quod in hac editione

ne Epistola ad Hebræos, Iacobi, Iudæ, & Apocalypsis inter libros Apocryphos recenseantur. Hæc Biblia etiam *Dues es* sortita sunt appellationem ob glossam marginalem Lutheri ad Nehem. III. cap. v. 5. De armen möthen dat Crütze dragen, de ryken geven nichtes. Dues es hefft nicht, ses Zincke gifft nicht, Quater dre de helpen fry. Vid. de raritate Clar. Vogtius loc. cit.

145. Biblia ad Vetustissima exemplaria nunc recens castigata. His accesserunt schemata tabernaculi Mosaici, templi Salomonis, omniumque præcipuarum historiarum, summa arte & fide expressa. Hebræa item, Chaldæa, Græca & Latina nomina Virorum, Mulierum, Populorum, Idolorum, Vrbium, Fluviorum, Montium, cæterorumque locorum, quæ in Bibliis leguntur restituta, cum latina interpretatione, ac locorum e Cosmographis descriptione. Francof. ad Mœn. 1566. Editio cum Præfatione Ioh. Hentenii admodum rara, ob eam quam Rich. Simonius in Histor. Crit. Version. N. T. pag. 141. attulit rationem.

146. Historische Bilder-Bibel, welche bestehet in fünf Theilen, als: Erster Theil, der Patriarchen. Ander Theil, der Richter in Israel. Dritter Theil, der Könige in Jerusalem. Vierter Theil, der Propheten. Fünffter Theil, der Apostel. Von Joh. Ulr. Kraussen, in Augspurg 1705. 2) Eiusd. Biblisches Engel- und Kunst-Werck. ibid. eod. 3) Eiusd. Heilige Augen- und Gemüths-Lust, vorstellend, Alle Sonn-Fest- und Feyertägliche Evangelien und Epistels-Lection. ibid. Corio turcico undique deaurato & foliis deauratis exemplar sane splendidissimum.

147. Psalterium Davidis octaplum Hebraice, Arabice, Chaldaice, Græce, Latine &c. cum scholiis impressum Genuæ 1516. liber rarissimus.

148. Psalterium Quintuplex, Gallicum, Romanum, Hebraicum, vetus, conciliatum, cum Epistolis & Disputationibus quibusdam. Parisiis e Typographia Henr. Stephani 1513.

Opus rarissimum vid. Catal. Biblioth. Reimmanni P. I. pag. 206. Verba B. Reimmanni in loco allegato huius sunt tenoris: Iacobi Fabri Stapulensis Psalterium Latinum, scil. Gallicum, quo ecclesia Gallica Cisalpina olim usa est. Romanum, quod transalpinis fuit usitatum. Hebraicum, quod ad Sophonii preces ex ebræo latinitate donatum ab Hieronymo. Vetus, quod ante editiones Hieronymianas valuit in Ecclesia Latina. Conciliatum, quod pauca addidit & mutavit in gallico, quo magis veritati & Hebraico concordet Psalterio. Vid. etiam Biblioth. Vindobon. Civicæ P. I. pag. 15. ubi uberiorem recensionem invenies.

149. Psalterium ex versione prima rarissima Lutheri Norimbergæ bey Fried. Peypuß 1525. folio maximo literis uncialibus impressum. Codex rarissime obvius.

150. Zacharias Propheta cum translationibus Chaldaica, Græca, Latina, Germanica fontis Ebraici, cum explicatione, adornante Iohanne Draconite. Vitembergæ 1565.

151. Proverbia Salomonis, itemque Propheta Malachias una cum iisdem translationibus. Wittenbergæ 1564.

Omnia scripta Biblica Jo. Draconitis rarioribus libris sunt adnumeranda, quinimo rarissimis vid. Vogt. l. c. pag. 244 seq. & cel. Reimmanni Catal. pag. 197. ubi innuit auctorem doctissimum horum rarissimorum opusculorum, fuisse Pauli Fagii discipulum.

152-153. Testamentum novum Græco-Latinum ex versione Erasmi Roterodami, cum eiusdem annotationibus Basileæ 1516.

Editio omnium in Germania prima & stupendæ raritatis. vid. Vogt. l. c. pag. 262. cel. D. Herm. von

von der Hardt in hiſtor. liter. Reformat. P. I. pag. 33. de hac rariſſima editione ita ſcribit: Quodlibet Exemplum huius editionis centenis vel millenis Imperialibus pretioſius. Duo Volumina ſplendidiſſime compacta. vid. Reimmanni Catal. pag. 201. &c.

154-155. Teſtamentum Novum Græco Latinum ex verſione Eraſmi Rot. cum adnotationibus auctioribus. Baſiliæ 1519.

Editio quæ priori raritate minime cedit. vid. Vogt. l. c. pag. 262. & præprimis cel. Schellhornii amoenitat. literar. T. I. Duo Volumina ligaturæ ſplendidiſſimæ deauratæ.

156. Teſtamentum Novum Græco-Latinum ex verſ. Eraſmi, cum annotatis Baſileæ 1522. duo Vol. ligatura gallica deaurata.

Tertia eſt hæc Eraſmi N. T. editio, in qua quædam omiſſa, quæ in prioribus editionibus occurrunt, quædam vero occurrunt, quæ in iis non extant. Et quod maximum eſt, pericope illa illuſtris 1 Ioh. V. 7. de tribus in cœlo teſtibus, in antecedentibus exemplis omiſſa, ſedibus antiquis eſt reddita. vid. cel. Reim. catal. pag. 201. ſeq.

157. Teſtament. das Neue kurz und gründlich in ein Ordnung und Text, die Vier Evangeliſten mit ſchönen Figuren durch ausgeführt ſamt den andern Apoſteln. Speyer durch Iacob Beringer Leviten im Jahr des Heil. Reichs-Tags 1526.

Verſio hæc Beringeriana, fere incognita libris rariſſimis eſt addenda vid. Vogt. l. c. 665. cel. D. Zeltner in der Nachricht von der Erzraren Wormſer Bibel pag. 28, ſchreibet: daß Er ſich verwundere daß von dieſer allererſten teutſchen Harmonie der Vier Evangeliſten noch niemand bis dieſe Stund eine Anregung gethan habe. Vid. omnino Aug. Beyeri arcana ſacra Biblioth. Dresdenſis 1738. pag. 27. ubi ſcribit: editio rara nec in Biblioth. ſacra Le Long nec alibi eius mentionem factam eſſe reminiſcor.

158. Teſtamentum græcum Novi Teſt. Pariſiis e Typographia Regia Typis Roberti Stephani 1550.

Editio ſplendididiſſima, præſtantiſſima & ſummæ raritatis. vid. Vogt. l. c. pag. 662. & Biblioth. Salthen. pag. 198. Quam & Le Long optimam & elegantiſſimam, Io. Curcellæus omnium elegantiſſimam & accuratiſſimam, Gerh: van Maſtricht vero nitidiſſimam deprædicat. vid. Celeb. Schellhornii amoenit. litter. T. III. Cap. II. p. 25.

159. Evangelium ſecundum Matthæum in lingua Hebraica cum verſione latina atque annotationibus Sebaſt. Munſteri Baſileæ 1537. 2) Quinque libri Moſis lingua Iudæorum germanica & lectiones ex Prophetis, Auguſtæ Vindelicorum 1544. Liber per-rarus.

160. Quatuor Evangelia Novi Teſtamenti ex Latino in Hebraicum ſermonem verſa ab Ioanne Baptiſta Iona; Sanctiſſ. D. N. Clementi nono P. M. dicata. Romæ, Typis S. C. Prop. Fidei, Anno 1668. Codex rarenter in noſtris oris obvius.

161. Novum Teſtamentum Græcum una cum ſcholiis Græcis, e Græcis Scriptoribus, tam eccleſiaſticis, quam exteris, maxima ex parte deſumtis. Opera ac ſtudio Ioannis Gregorii. Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1703. Editio ſplendidiſſ.

Concordantiæ Biblicæ & Lexica Biblica tam verbalia quam realia.

162-163. Concordantiæ ſacrorum Bibliorum Ebraicorum, Auctore Mario de Calaſio, Tomi IV. Romæ 1621. duo ſpiſſa volumina fol. maximo.

Opus ſplendidiſſimum ſumtuoſum & perrarum, ſæpius quinquaginta florenis divenditum. vid. Buxtorfii præfat. concord. Hebraic. & Theophili

Sinceri

Sinceri Nachrichten von alten und raren Büchern P. II. pag. 316.

164. Betulei Xysti concordantiæ Novi Testam. Græcæ. Basileæ 1546.

NB. Omnium primæ ac proinde etiam rarissimæ, quas deinde secutæ sunt Stephanianæ & Schmidianæ, vide de raritate Biblioth. Salthen. pag. 208.

165. Lanckischii concordantiæ Hebr. Græcæ & Germ. Lipsiæ 1677. Editio originalis, quæ præ cæteris in pretio habenda.

166. Crellii Biblische Real-concord. Franckf. 1662. Editio altero tanto auctior & optima.

167. Iani Io. Schrifft-und Stern-Himmel oder Biblische Real Concordanz. Pars I. & II. Franckf. 1650. liber infrequens & præstans.

168. Brunners Linnhardt Biblische Concordanz. Straßburg 1530.

Primus auctor, qui concordantias biblicas Vet. & Novi Test. lingua Germ. concinnare aggressus est, hinc est, cur admodum rarus & paucissimis visus sit hic liber. vid. Bibl. Reimmann. T. I. p. 215. & Voyt. pag. 148.

169. Kahlens Io. Conrad. Biblische Real-Concordanz. Braunschweig 1735.

170. Gedultig Peter Concordanz und Zeiger über die ganze Heil. Biblische Schrifft des alt und neuen Testam. Franckf. 1571. Editio per-rara Vogt. Catal. libror. rar. pag. 147.

171-172. Ravanelli Bibliotheca sacra Genevæ 1660. duo spissa Volumina. Adiectæ sunt duæ partes additamentorum novorum. Editio optima cæteris omnibus longe auctior.

173. Dorschei Io. Georg. Biblia numerata sive Index specialis in Libros Vet. & Novi Testam. Francof. 1674.

174. Gussetii Commentarii linguæ Ebrææ. Amstelodami 1702.

Editio princeps rara & cara. vid. Præfat. edit. novæ Clodii Lipsiæ in quarta forma recusæ 1743.

175. Altenstaig Io. Mindelheimensis Vocabularius Theologiæ, vel Real-Lexicon ordine alphabet. Hagenoæ 1517. Liber rarus.

176-177. Weidlings Christ. oratorische Schazkammer oder neue vollkommene Real-Concordanz. Leipz. 1701. duo volumina.

178. Plantavitii Io. Thesaurus Synonymicus Hebraico-Chaldaico-Rabbinicus, in quo omnes totius Hebraicæ linguæ voces una cum plerisque Rabbinicis, Talmud. Chald. earumque significationes — ex Hebraicorum Bibliorum contextu, horum Chaldaicis paraphrasibus — demonstrantur — nonnullorum quoque vocabulorum Græcorum Latinor. Gallicor. Italicor. Hispanicor. German. Anglicor. Belgicor. Polonicorum etymologia ab Ebræo seu Chald. idiomate petita passim indicatur. Lodovæ 1644. folio maximo. Liber rarissimus vid. Gerdesii florilegium libror. rarior. pag. 227.

179. Plantavitii Io. florilegium Biblicum, complectens utriusque Testamenti sententias Hebr. Græcas cum versione Latina & Commentario &c. Lodovæ 1645. fol. max. liber rarissimus vid. Gerdesius l. c. p. ead. vid. Biblioth. Lampianæ pag. 2. num. 40. 41.

Commentatores & Glossatores Biblici & Exegetæ.

188-181. Critici sacri sive clariss. virorum in Sacram Scripturam utriusque fœderis annotationes. Londini 1660 &c. Volumina IX. folio maiori.

Editio

Editio princeps originalis rarissima & splendidissima. vid. Bibliothec. Salthen. pag. 213. sæpius pretio quinquaginta Imperialium divendita. ligat. Belgica deaurata.

189-190. Eorundem Criticorum Supplementor. Tomi duo. Francof. eadem ligatura.

191-195. Poli Matth. Synopsis criticor. Anglicanor. Londini 1669. &c.

Volumina quinque fol. maximo. Editio princeps rarissima. Splendidissimum Exemplar.

196-199. Calovii Abr. Biblia illustrata. Dresd. & Lipsiæ 1719. IV. Volumina.

200-202. Villalpandi & Pradi in Ezechielem explanationes, & apparatus urbis ac templi Hierosolymitani commentariis & imaginibus splendidissimis illustratus. Opus tribus Tomis distinctum. Romæ 1596. ligatura Belgica nitidissima (vulgo Hornband.)

Liber rarissimus pretiosus & splendidissimus. Tria Volumina fol. maximo. vide de raritate Crusii Vergnügung müßiger Stunden P. XV. pag. 200. Falsterii Cogitat. Philol. p. 12. In auctione Bibl. Hasæanæ pag. 7. hic liber pretio 31. Imperialium divenditus, sæpius pretio longe maiori.

203. Von Canstein Harmonie und Auslegung der Heil. vier Evangelisten. Halle 1718.

204. Lindhammers fürtreflich-Philologisch- und und Exegetische Erklärung der Apostel-Geschicht. Halle 1735.

205-212. Langens Mosaisches Licht und Recht, oder Erklärung der V Bücher Mosis. Halle 1734.

Eiusd. Historisches Licht und Recht. ibid.
Eiusd. Davidisches Licht und Recht. ibid.
Eiusd. Salomonisches Licht und Recht. ibid.
Eiusd. Prophetisches Licht und Recht. ibid.
Eiusd. Evangelisches Licht und Recht. ibid.

Eiusd. Apostolisches Licht und Recht. ibid.
Ejusd. Apocalyptisches Licht und Recht. ib. Mithin eine schöne Auslegung der ganzen Heil. Schrifft. 8. Bände.

213-214. Lightfooti Io. opera omnia Sacram Scripturam illustrantia, cum operibus posthumis, ex editione Io. Leusden. Vltraiecti 1699. duo Volumina. Editio longe auctior priori, de Anno 1687. cui desunt opera posthuma.

215. Gomari Franc. Opera omnia theologica, Amstelodami 1644.

216. Merceri Commentarius in Genesin Mos. Genevæ 1598.

217. Flacii Matth. clavis Scripturæ sacræ. Ienæ 1674. editio optima.

218-219. Paræi D. Opera omnia theologico-exegetica, Francof. 1674. duo spissa volumina, folio maximo.

220. Viccars Io. Decapla in Psalmos, i. e. Commentarius decem linguis, Hebr. Chald. Syr. Arab. Rabbin. Græc. Rom. Ital. Hispan. Gall. cum specimine linguæ Copticæ Pers. & Angl. Londini 1639. liber rarus.

221-222. Osiandri Io. Ad. Commentarius in Pentatevchum Mosis. Tubingæ 1676.
Eiusdem in Libb. Iosuæ, Iudic. Ruth, I & II. Samuelis. Duo Volumina. Præstantissimus liber.

223-224. Vitringæ Camp. Commentarius uberrimus & præstantissimus in Prophetam Esaiam. Leovardiæ 1714.
Partes duæ folio maiori. Editio originalis splendidissima, pretiosa & rarenter obvia.

225. Mersenni Marini Commentarius in Genesin Mosis, cum emendationibus problematum Francis. Georgii Veneti, Parisiis ex officina Cramoysiana 1632.

1632. fol. maximo. Opus vastum longeque rarissimum & paucis visum. vid. Vogtii Catal. libr. rar. pag. 461.

226. Fabri Jac. Commentar. in IV. Evangelia. Basi 1523. Liber rarus & prohibitus. vid. Bunemanni Catal. libr. rar. pag. 36.

227. Eiusdem Commentar. in Epistolas Paulinas. Parisiis sine anno, æque rarus.

228. Calvini Jo. Commentarius in libros Psalmorum. Oliva Roberti Stephani 1557.

229-230. Geieri Mart. Opera omnia theologica Amstelodami 1695. duo Volumina. Editio optima & rara in Germania.

231. Marlorati Aug. Commentar. in Psalmos Davidis & Prophetas. Genevæ 1585.

232-233. Pruckneri Andr. Commentarius Philologico-Theologicus in omnes Vet. & Novi Testam. libros Francof. 1663. duo spissa Volumina.

234. Friedlibii P. A. Theologia exegetica sive observationes biblicæ in Vet. & Novum Testam. Tomi duo in uno spisso volumine. Francof. 1660.

235. Hoë M. Commentarius uberrimus & præstantissimus in Apocalypsin S. Joannis. cum præfat. Mart. Geieri. Lipsiæ 1671.

236. Ainsworth Henr. Commentarius in Pentatevchum Mosis & alia opuscula, lingua Anglicana impressa. Londini 1639.
Editio originalis per-rara etiam in ipsa Anglia. vide de summa raritate. Vogt. l. c. p. 18.

237. Pererii Bened. Valent. S. J. Commentar. in Genesin in IV. Tomos divisus. Colon. 1622.

238. Druthmari Christiani Grammatici expositio in Matthæum Evangelistam familiaris &c. cum Epitomatibus in Lucam & Epistolam S. Martini, &

aliis

aliis opuſculis. Cum Privilegio Maximil. Cæſar. & cum cenſura Iac. Oesler. I. V. D. & dedicationib. Iac. Wimphelingii. Argentorati 1514.

NB. Editio hæc ita rara eſt ut rariſſima Serveti opera & Iordani Bruni Nolani Spaccio &c. fere æquet, dicam ſuperet, ſcribit cel. Bunemannus in Catal. libr. rar. pag. 25. Hinc factum ut Gesnero, Sincero, Maittairio aliisque ignota, ab aliis autem Labbeo, R. Simonio plane negata aut dubia reddita. Scilicet in hoc Druthmari Commentario non unus eſt locus, qui hodiernæ transſubſtantiationis dogma validiſſime refellit. Quis plura notatu digniſſima de ſtupenda huius editionis raritate ſcire avet, adeat Vogtium l. c. p. 245. ſeq. & auctores ibid. cit. Cel. Bunemannus ſtatuit huic libro pretium quadraginta Imperialium.

239-244. Clerici Ioh. Opera omnia exegetico-Philologica, in libros Vet. & Novi Teſtam. concinnata. Scilicet 1) Commentarius in Pentatevchum Amſtelod. 1710. editio longe auctior priori. 2) in libb. Hiſtoric. 3) in libb. Hagiograph. 4) in libb. Prophet. Amſtelod. 1731. 5) in IV Evangelia & Acta. 6) in Epiſt. Apoſt. Editio nitidiſſima. Volumina ſex ligatura Anglicana, titulis deauratis.

245. Dauderſtadii Chriſtoph. Labores Pſalteriales Theoretico-practici. Lipſiæ 1679.

Liber præſtantiſſimus in ſpiſſo Volumine Corio rubro compactus.

246. Burmanni alle Biblische Wercke. Franckfurt 1709.

247. Langii G. C. Biblia in tres tabulas redacta &c. Altdorf. 1697.

248. Tenæ Ludov. Commentar. & diſputat. in Epiſtol. ad Hebræos cum variis annexis tractatibus Philologico-exegeticis. Londini 1661.

Liber

Liber rarus & præstans. vid. Biblioth. Mastricht. pag. 14. num. 107.

249-251. Chemnitii, Leyseri, Gerhardi Harmon. IV Evangelistarum. Tomi III. in tribus Voluminibus Hamburgi 1704. Editio optima libri præstantissimi.

De hoc præstantissimo libro Cel. Reimmannus in Catal. Bibliothecæ suæ P. I. pag. 284-85 ita iudicat: Opus luculentum, illustre, aureum, ab ipsis hostibus laudatum, cui elucubrando triumviri omnes nervos ingenii, doctrinæ & industriæ intenderunt, Chemnitium intelliges in eo laborasse multum, Lyserum plus, Gerhardum plurimum, ea tamen dictionis, ordinis, dexteritatis, industriæ, luminis & acuminis Symphonia, ut non locorum & temporum intervallis distracti, sed una congregati festum λαμπαδοφορίας celebrasse, & velut cursores de manu in manum sibi tradidisse faces censeri queant.

252. Hafenrefferi Matth. Templum Ezech. i. e. Commentar. in IX. postrema Capita Proph. Ezechielis. Tubingæ 1613. Liber rarus vid. Vogt. l. c. p. 328.

253. Theophylacti in acta Apostolor. explicationes ex Patribus collectæ Græco-Latinæ. Coloniæ 1567. Liber præstantissimus & editio rarissima. vid. Vogt. l. c. pag. 672.

254. Propheta Hoseas antiqua Chaldaica Ionathanis paraphrasi & recentiorum inter Rabbinos Philologorum commentariis illustratus. Auctore Hermanno von der Hardt. Helmst. 1703.

Item R. Gualtheri Tigurini in Ioannis Epistolam Canonicam homiliæ. Tig. 1578.

255. Morini Io. Exercitationum Biblicar. libri duo. Parisiis 1660.

256. Wirthii Georg. Vita & Evangelium Iesu Christi, una cum epitome actor. Apostol. Epistolarumque Pauli, Jacobi, Petri & Ioannis atque Apocalypseos. Francof. 1594.

Liber longe rarissimus atque præstantissimus, ceu omnia Wirthii Scripta. vid. Vogt. pag. 728. & auctores ibid. cit. NB. Hic Georgius Wirth a Petro Wirth bene discernendus. Georgii enim Scripta, scribit Celeb. a Seelen in Diatrib. de Medicorum meritis in Scripturam S. p. 43. adeo esse rara, ut nonnulli litteratissimi Viri hæserint dubii, an edita sint &c.

257. Fagii Pauli Thargum, i. e. Paraphrasis Onkelii Chaldaica in Pentatevch. Argent. 1546. Lib. per-rar. It. Io. Reuchlini de arte Cabbalistica libri III. Hagenoæ 1530. Liber per-rarus vid. Freytagii annalecta litter. pag. 334.

258. Abrami Nicol. Pharus Veteris Testam. sive sacrarum quæstionum Libri XV. accesserunt de veritate & mendacio libri IV. Parisiis 1648. Liber per-rarus. vid. Vogt. l. c. pag. 2. & ibid. plura notatu digna. 2) Didaci de Celada Commentar. in Estherem. Lugduni 1658. spissum Volumen.

259. Osiandri Andr. Harmoniæ Evangelicæ libri IV. Græce & Latine Basil. 1537. Liber insigniter rarus vid. Vogt. l. c. pag. 507. Recusa est hæc Harmonia Paris. 1545. apud Rob. Stephan. 8. 2) Christophori Hoffmanni de Pœnitentia Commentar. libri III. Halæ Suevor. 1540. 3) Pauli Cortesii libri quatuor, in quibus complectuntur omnia quæ Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus & reliqui, præsertim Thomas Magister Sententiarum habent. NB. Cum Hieronymi Savanarolæ operibus perraris Basileæ 1540. De quibus Cel. B. Reimmann. P. I. Catal. pag. 382. scribit: Savanarolæ opuscula sunt rara, præclara & aperte testantia veræ pietatis sensum eo tempore non in omnibus obtorpuisse.

260. Heinsii Dan. sacrarum Exercitationum ad Novum Testamentum Libri XX, quibus Aristarchus sacer emendatior nec paulo auctior cum indicibus

uber-

uberrimis accedunt. Lugduni - Batavor. ex officina Elſeviriana 1639.

261. Limborchii Phil. Commentarius in acta Apoſtolorum & in Epiſtolas ad Romanos & ad Ebræos. Roterodami 1711.

262-263. Grotii Hug. Opera omnia Theologica in IV. Tomos diviſa. Baſileæ 1732. duo Volumina quæ continent adnotationes in Geneſin V. T. usque ad acta Apoſtolorum Novi Teſtam. incluſive. Nitidiſſima editio in charta ſcriptoria.

264-265. de Lyra Nic. Commentarius ſive Poſtilla ſuper tota Biblia folio maximo, ſine loco & anno. Editio antiquiſſima. Sub finem enim adſcripſit antiqua manus 1454. Duo ſpiſſa Volumina, folio Regio.

266-274. Bibliotheca fratrum Polonorum inſtructa Operibus fauſti Socini, Schligthingii, Crellii & Wolzogenii. Irenopoli 1656.

Przipcovii Cogitationes ſacræ in Evangelium Matthæi & omnes Epiſtolas Apoſtolicas nec non alii tractatus. Eleutheropoli 1692.

Brenii Danielis Commentarius in Vet. & Novum Teſtamentum cum aliis tractatibus Amſtelodami 1664.

Novem Volumina. Opus per - rarum. Splendidiſſima ligatura Gallica deaurata.

275. Nideri Ioh. Doctoris ordin. prædicator Conventualis Nurembergenſis expoſitiones Decalogi. Vlmæ ſine loco & anno, editio antiquiſſima ſimul ac rariſſima.

Libri Homiletici.

276. Baumanns Mich. Predigten über die Sonn- und Fest-Tags-Evangelien. 2. Theile. Franckf. 1678. Eiusdem Gewissens-Postill. ibid. 1684. Volumen ſpiſſum.

277. Hoburgs Christian Postilla Evangelior. mystica. Amsterdam 1663. Rarenter obvia hæc editio.

278. Sauberts Joh. Gemähld-Postill, mit schönen eingedruckten Kupffern. Nürnberg 1658.

279-280. Dietrichs C. Predigten über das Buch der Weißheit. Ulm 1627. duo Volumina.

281-282. Scheiblers Chr. theolog- und geistliche Gold-Grube oder teutsche theologia practica in denen Montags-Predigten zu Dortmund vorgetragen. Franckf. 1664. duo Volumina.

283. Stöckers M. Jac. Predigten über die Sprüche Salomonis. Jena 1621.

